

Sammelband 119.

Græc. Lat. / quia nullo modo

Latin:

no Palmyrens. 3 foliis

ritana:

repretib.

Lingua:

Sia.

um & Historiam

manis

circa Angliam Salern et Romanis Antiqua
longy Lat. et Græc. Libris in Hispania

sublato.

hominum loquenti modis
re naturalis.

vienna Pringum.

gesta. sicut in translatione.

vi.

crefari

146.

postificis

34. Antiqua
35. Antiqua
36. 7. Antiqua
37. Antiqua



34. Antoin de Lurieu Propagande Kelly: Christ. Jah russc
 35. Adelli: Kritik Inauguralis
 36. J. Katsch von Laburkarson
 37. Democrit. Ungarische Gedanken inbrannt Geseand. Tseoty
 diese Briefe von Ginty

M. o. 84

35
 was

L. A. & Meiß
 1831 oho



Recensionem de hac Poesi Orphica Escherbachii vide
in Jura Nequissimam von Jura Luceprou und Jura Ulf.
Jura in der Hollischen Bibliothek Tom. 1. pag.
193. 194. Das hier schon oben maecht sich war.



30
31

MODERATUM JUDICIUM
DE
QVÆSTIONE THEOLOGICA,
ANDENTUR
TRES PARTES HO-
MINIS ESSENTIALES?

Quo ostenditur,

1. Duas tantum esse partes essentielles.
2. Quo sensu tres partes aut duas Fanatici adstruant?
3. Quomodo D. Lutherus & alii vindicandi?
4. Qua commode ratione dicta, quæ ob-
jiciuntur

Es. 26, 9. Luc. I, 46. I. Cor. XI, 14. I. Thess. V, 23. Ebr. IV, 12. &c.
veniant explicanda?

latum expositumque

a

S. C. Zeubern / D.

P. ad S. Ulr. & Lev. Magdeb.

MAGDEBURGI,
Apud CHRISTOPHORUM SEIDELIUM.
AN, MDCCVIII.

ANDENTOR

THES PARTIS HO

ANIS ESPANIAE

Genitalia

1. Descriptio pars essentialis

2. Quae sint eius partes et quae in eis

contineantur

3. Quae sint eius virtutes et quae in eis

4. Quae sint eius ratione diger, pur

inveniantur

5. Quae sint eius virtutes et quae in eis

contineantur

6. Quae sint eius virtutes et quae in eis

S. C. G. G. G.

P. G. G. G. G. G. G. G. G. G.

M. G. G. G. G. G. G. G. G. G.

A. G. G. G. G. G. G. G. G. G.

A. G. G. G. G. G. G. G. G. G.



PERILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO

Generosissimoque

DOMINO
DN. HENRICO
RUTGERO de ILGEN,

Augusti & Serenissimi

REGIS BORUSSIAE

Ministro Statûs intimo,

Principatus Mindensis Præsidi,

Consiliario rerum bellicarum,

Generali rei muneralis Directori,
negotiorumque Electoralis - Marchiæ

provincialium arbitro,

Aquiliferi Boruslorum Ordinis

Secretario,

DOMINO ac MÆCENATI

Benignissimo

Hanc Disquisitionunculam

D. D. D.

Perillustri & Excellentissime

Domine,

DOMINE GRATIOSISSIME,



Amplitudinem illam profus invidendam
TUORUM, DOMINE, & donorum &
meritorum, quibus TE NUMEN bea-
vit, TUq; innumeros cives longè lateq;
patentium ditionum Prutenico - Brandenburgicarum,
TIBI summè devinxisti, hac exili plagula exequi velle,
uti temerarium arbitror, ita TIBI, HEROS in clyte, ultra
laudes posito, easq; generoso supercilio despicienti
utiq; esset ingratisimum. Memorent ergò, quibus in-
genii & facundia vis major est, PIETATEM TUAM,
qua DEum soles complecti constantissimè, VIRTUTES
HEROICAS, quibus ad hoc culmen, per omnes hono-
rum gradus, es evectus, Divini humaniq; JURIS PE-
RITIAM excellentissimam, LABORES, quos exant-
lare amas, plus quam Herculeos, JUDICIUM summis
negotiis ex æquo respondens, acerrimum quippe &
subactissimum, PECTUS generoso incoctum honesto,
sanctosq; illos animi sublimioris recessus, PROVIDAM
EXPEDITAMq; in suppeditandis saluberrimis consi-
liis facultatem, ZELUM deniq; pro sacro-sancta justitia
inte-

intemeratum planeq; igneum. Memorent illa, in-
quam, qui poterunt feliciter, neq; sibi religioni ducunt
TUÆ, quæ summa est, moderationi, elogia dum
afferunt, vim inferre. Publico omnium hæc in par-
te vivo contentus suffragio, in eoq; acquiesco.
Maximè cum non sufficiam percensendis singulis be-
neficiis, quæ in focerum meum, Dn. Rittnerum,
Perrever: Ministerii Berolin: Seniore, quæ in fami-
liam ipsius universam, quæ denique in memet ipsum
contulisti: Talibus certè, tantisque, ut humilli-
mo, addo & gratissimo, silentio isthæc venerari ma-
lim, quàm longis enumerare ambagibus. Postulant
tamen hæc, utut silentii peplo obvoluta, benefacta
TUA, DOMINE, publicum quoddam cultus devo-
tissimi monumentum. Cumque augustius, per of-
ficii rationes, in præsens, erigere non liceat, hoc qua-
lecunque malui offerre, quàm nullum. Tenue e-
quidem est, quod dedico, schediasma, & deprope-
ranter consignatum, pro eo ac poscebat id sapienda
temporis liticula, cujus curam Rev: Ministerium
nostrum mihi demandârat. Interim ad primitias hoc
spectat, quas per subsecivas horulas Magdeburgi li-
cuit protrudere in publicum, easque **PRIMO** Everge-
tarum putavi inscribendas, si non alio, saltem hoc no-
mine, non prorsus ingratas futuras. **DEUM** coete-
ra precatus immortalem, ut **TE, PERILLUSTRIS**
HEROS, sospitem novisque in dies honorum mag-
næ auctum, ut **TUAM GENTEM** flore perpetuo

tuo conspicuam, seruet, quò Tua pietate gaud eat
Ecclesia, Tuis meritis fruatur patria, Tuis virtutibus
utantur universi, Tuis denique dotibus & consiliis
ornes sanctius Senaculum, idque, quam, per natu-
ræ leges fieri potest, diutissimè. Ita seriò, ita sem-
per supplicabit

Per illustris, Excellentissime, Generosissime

DOMINE,

Mæcenas Benignissime

Tuus

Cliens subjectissimus, & deprecator
apud DEum indefessus

Magdeburg. d. 13. Julii.
Anno. 1708.

Samuel Christianus Zeuber D.



SERVA CHRISTE TIBI DEVOTOS!



Autela & circumspectione est peropus, ubi-
vis quidem, maxime autem in rebus ad fi-
dem pertinentibus, præsertim illis, quæ spe-
ctant ad *mentem* nostram immortalem, ani-
mamque animæ nostræ *CHRISTUM*, *fidem-*
que hoc Servatore triumphantem.

Atque heic summa attentio requiritur,
cum *ab universis*, tum potissimum ab illis, qui *sacris præferti*, aut
sacris semet studiis *manciparunt* eruditis; ne scilicet quicquam
detrimenti, siue directe, siue indirecte, siue in præsens, siue
aliquando, capiat publica res Christiana. Omnino enim caven-
dum, ne per obscura novaque vocabula, aut inutiles subtilita-
tes, simplex fides obfuscetur vel turbetur. Sæpe tenuis verbo-
rum discrepantia, & Xenophonix studium, simplices animas
reddit perplexas dubiasque, & ad heterodoxas opiniones viam
latam regiamque pandit sectariis; Ab exili enim & leviculo ini-
tio, omne malum solet incipere.

Atque hanc cautionem quoque adhibendam censeo in illa
quæstione *DE TRIBUS HOMINIS PARTIBUS*, quæ
prima quidem specie, *Philosophica, Problematica*, & aliquibus
Proletaria videtur, interim in recessu plus boni malique habet,
quam in fronte promittit. *Male* namque *intellecta*, tot produ-
cit longe absurdissima consecraria, ut universum Theologiæ
Protestantiæ fundamentum concutiat. Contra, *bene intellecta*,
certo modo ferenda est, & è re Evangelicorum; scilicet, ne una
quasi Tabula Lutherum, cum phraseologia Biblica, Zelo quo-
dam præpostero, damnemus, & ne in totum habeamus pro fa-
naticis, aut Enthusiastarum classi accenseamus, quotquot Lu-
thero

thero, sensu pure Lutherano, album adjiciunt calculum. Quae quidem in re, ne per imprudentiam intra Iliacos muros peccetur, uti extra pomœria Protestantium peccatur, per malam libidinem, à Fanaticis, insigni quodam agendum est cum discrimine!

Attendendum namque heic ad sensum potius, quam ad verba; rite recteque formandus est controversiæ status; ostendendum interesse Evangelicorum in hac lite; detegendum πρώτων ψευδῶν cum-consequentiis, quas ex Luthero aliisque elicere, sed per fiducias, amant Enthusiastæ; distaque quæ nostratium quibusdam, sine prægnanti causa, offendiculo fuerunt, saltem minus perspecta, accurata evidentique exegesi explicanda. Hac enim methodo ubi cœperimus incedere, nullo negotio in bonam cum Ecclesia gratiam redibunt, qui in cæteris nobiscum facientes, aliquod heic diverticulum sectantur; prudentius deinceps & circumspicius locuturi ad plebem, simulac observaverint. Nos neque in nostros, nobiscum cætera facientes, velle esse ultra modum rigidos, aut contra jus injuriosos, neque posse nos molles esse erga fanaticos, qui tam longum sirma pestiferarum opinionum, mala cum orthodoxorum gratia, hac innocentissimi D. Lutheri trichotomia palliare gestiunt: Distaque omnia, quæ ex Codice sacro, ad instar capitis Medusæ, objiciunt, erroribus Quackerorum neutiquam velificari!

Atque hanc spartam meam nunc facio, ad oculum demonstraturus, immoto stare talo hominis dichotomiam; Et ex phrasibus Scripturæ aut ex Oratorum pro Rostris Ecclesiasticis excursibus, neutiquam probare quenquam posse Trichotomiam illam fanaticorum, à quibus Mens DEI in Scripturis, & virorum DEI sententia, abit quam longissime! Scribam autem meo more, sine cujusquam injuria, sartam tectamque servans quorumlibet à nostratibus existimationem, testorque me vix obliquo oculo, & quasi per transfennam respexisse ad rumusculos illos, levemque quandam σὺββῆξιν, vel potius velitatiunculam illam, heic loci agitatum; de qua, candide loqui jussus, dixero, motos fuisse ab audientibus fluctus, sed in sympulo, placereque mihi mentem eorum, qui hinc inde profitentur, se in Theoria à mente Lutheri

non

non recedere, nec notatam atro carbone fuisse recte sentientis Lutheri sententiam. Et, ut cum Grotio, Magno certe viro, loquar, De Jure B. & P. Proleg. § 18. *Injurias mihi facies, si quis me ad ullos nostri seculi Viros dixeris respexisse. Vere enim profiteor. Sicut Mathematici figuras, à corporibus semotas, considerant, ita me in hoc tractando ab omni singulari facto abduxisse animum.*

Quæstio huc redit: *Quot partes, eæque essentielles, natura, omnibus insunt hominibus? DUÆne an vero TRES?* Et cum DUÆ tantum sint, in quovis homuncionum essentielles & essentialiter ab invicem diverse, quod sancta Theologia & sana Philosophia habet pro certissimo: An, hoc non obstante, tribus tamen singuli Adamigenæ consent partibus essentialibus? istac præsertim ex causa, quia tria vocabula (*Spiritus, anima, corpus,*) in Sacris Pandectis legimus, & D. Lutherus, phraseologiam Biblicam sectatus, in tres partes hominem posse distingui, semel dixit? Hoc est: Num tria illa vocabula inferant hoc, quod in quolibet hominum sint tres partes, eæque essentielles, eæque essentialiter diversæ, eæque aequaliter distinctæ, eæque coordinandæ non subordinandæ, eæque ab invicem actu separabiles; ita quidem, ut, quantum corpus differt à Spiritu, quantum materiale ab immateriali, quantum mortale ab immortali, tanto quoque intervallo anima & à corpore & à Mente distinguatur, puta per essentialitatem & realiter, sic ut alia sit substantia Spiritus, alia corporis, & alia eque à Spiritu & à corpore discrepans substantia animæ? Hoc est illud grande νεῖνόμενον: quamdiu id non demonstraverit fanaticus, nihil egit, & causa cecidit! Heic habeo, heic teneo obloquentes, spe indubia, elabi citius posse anguillam, quam manibus teneo, atque hoc genus hominum Fanaticorum!

Meam mentem quisquis nosse voluerit, sciat: *Affirmo, Duas tantum partes essentielles in quovis homine esse, & has duas essentialiter, & plus quam supremum cælum ab infima tellure, differre, nec solum separari posse ab invicem, sed separandas quoque esse actu ipso apud omnes; si exceperis hos solos, quos ultima extremi judicii dies vivos obruet.* *Nego autem, imo per-*

nego: In quolibet hominum, per naturam, inveniunt tres partes, easque essentialiter, essentialiter diversas, & actu separandas aut separabiles; atque hoc falsum esse in Theologico, Philosophicoque sensu, falsissimum autem in sensu fanatico, si acceperis, rotunde aperteque profiteor. Et, ut hujus mei effati fidem faciam, docebo

1. Dichotomiam esse accuratissime observandam.
2. Trichotomiam & dichotomiam fanaticorum esse pessimam.
3. Lutherum cum orthodoxis nunquam in castra concessisse fanaticorum.
4. Insistendum esse *Phraseologiae* Biblicæ, verum in sano sensu, non vero in sensu Quackerorum.

Adsit NUMEN cœptis, uti cœteris, ita his præsertim!

I. Non recedendum est à DICHOTOMIA!

(a) ob REVELATIONEM.

NON datur in homine naturali peculiaris quædam substantia, sublimior divinioreque anima immateriali, quæ cum corpore materiali tertiam partem essentialem constituat. Contrarium enim & Ratio & Revelatio docet. *Sine ratione* autem sapere, insanire est. *Contra revelationem* sentire, desipere! Hoc unum dicere sufficit, *Nego*. Probare nunc sua oportet Platonicos & Fanaticos. *Expello ergo argumenta* ex Philosophia aut Scriptura; sed apodictica afferenda, uti plañe vivo persuasissimus, circa Calendas Græcas. *Philosophia* enim nescit hæc mysteria. Et *Scriptura* non probat; ne illis quidem in locis, ubi maxime probare videtur, sed fanaticis; Quod ex frequentibus fiet manifestum.

Possent quidem heic, bona cum Platonis & Fanaticorum venia, quos artificium disputandi non latet, *subsistere*, & prægnantia expectare argumenta, Verum enim vero, tanta est securitas

Isra-

Israëlitarum, ut in qualibet causa, 'extra castra progredi, & hostem aggredi ausint. Perrexero ergo ulterius, quam solent illi, qui, Tacito autore, *consilia nimium cauta, que alii umida appellant*, sectantur, & vel in castris hostem adoriar, 'ostendamque, *non nisi duarum partium mentionem facere Scripturam*, illis in locis, in quibus *ex professo* agit.

Quæ vero, dices, illa sunt loca? Ea volo, quæ passim obvia, & vel tyronibus nota: Puta, quæ de GENESI, ANALYSI, & SYNTHESI agunt hominis; hoc est, quæ dicunt *compositum ex duabus partibus, in duas resolvendum, & ex duabus in resurrectione componendum* hominem. Vis GENESIN? Evolve *Gen. II, 2. leges illic, corpus ex rubicundulo & tenui telluris pulvere, mirando DEI artificio conflatum, constatque huic terræ moleculæ inspirasse mentem DEUM* immortalem, & ex conjunctione utriusque Substantiæ, natum esse *σύνθεσιν, animal vivens corpore, rationale mente*, quod tribus syllabis vocamus *hominem*. TERTIAM quandam partem nec Adamus sibi rapere, nec bonus malusve Genius superaddere potuit, nec voluit DEUS; quia hoc non legitur. Ne vero suspiceris *post genesin*, collatam homini fuisse partem quandam tertiam & adventitiam, ecce & ANALYSIN. Pulchella Rahel *Gen. XXXV, 18. moritur, corpusque sepulchro infertur, cippo ornato, anima in partu avolante*. Ne Argus quidem vel admotis perspicillis, hæc viderit tertiam quandam partem. Dicereque *fanaticum* esse; quisquis fuerit percontatus; quorsum, post exeuntem mentem, post tumulatum cadaver, *tertia Rachelis pars, sive ANIMA, sive SPIRITUS* vocetur, devenerit? Responderem enim: Quod Rahel non accepit à Deo, quod moribunda Deo, aut terræ non restituit, id non habuit; & rei non existentis nullæ sunt affectiones. Ne vero *ex una hirundine me ver fecisse* augureris: Audin, vanitatum omnium, quæ sub sole sunt, tuarum quoque, qui Paracelsi es assecla, irrisorem maximum, Regumque sapientissimum Salomonem *Coh. XII, 7. Et revertetur pulvis ad terram, utpote quod fuit. Et spiritus revertetur ad DEUM, qui dedit illum*. Opponit istic divinus Vates *pulveris Spiritum, & sepulchro manum DEI*, ostendens, quicquid *materiale* est, in terræ resolvi pulverem, quicquid *immateriale*, redire ad DEUM,

Patrem Spiritum. Merito ergo ex hoc colligo cōmmate: *Due sunt in homine partes, adeo distincte, ut separari possit altera ab altera, adeo qua essentiam diversæ, ut cælum & terra, cum corpus sint, minus differant.* Nimum certe sapit, qui plus scire vult Salomone, sapientissimo mortalium & *Θεοφιλέτω*, collocans *inter Spiritum & pulverem, essentiam* quandam *mediam aequè à Spiritu & à pulvere distantem, & immortalī mente nobiliorem, sive, pro lubitu, spiritum sive animam vocitarit.* Perquam *obliviosulum* oportet fuisse Salomonem, si allatis *duabus* partibus *ignobilioribus*, sicco pede transisset nobiliorem; aut nimis *desultorium*, si saltu ab extremo ad extremum, à corpore ad spiritum, facto, partem intermediam, Animam, habuisset insuper. Fac tandem per *ἀδιαλέψια* divinum virum omisisse tertiam illam tuam partem? Quorsum, quæso te, eam ablegabis? In *cælumne*? An in *cæmeterium*? An in locum quendam *tertium*? Si *primum* dixeris; scito, esse immortalem; & proba duas in homine partes immortales esse, cælumque subire. Si *secundum*; mortalis est, in corpore manet, & terra conditur. Si *tertium*, doce me, quis ille locus sit tertius? Estne *aër*, ut, lemorum & levium umbrarum instar, vagetur pavidamque plebem territet? Estne *Paradisus* quidam, à cælo distinctus, & sub concavo Lunæ quærendus? Quicquid dixeris, *id indictum* erit, quia probare nequis locum hunc tertium.

Interim ex hoc dicto, hunc in modum colligent sagacioris naris homines. Quia *corporeum & incorporeum, materiale & immateriale*, heic è *diametro* sibi invicem opponuntur, & quæ *diametraliter* in Logica opponuntur, *sunt contradictoria*, & inter *contradictoria non datur tertium* quoddam; Ergo neque inter *pulverem tenuissimum, qui corpus est, interque spiritum, qui ne quidem de tenuissimo corpore quicquam participat, sed immaterialis est, non datur tertium, non datur medium, essentialiter ab utroque extremorum diversum.* Quicquid vero medio loco tute met posueris, quicquid *vocabulorum* medio loco ponitur in Sacris Pandectis, id te oportet referre ad alterutrum extremorum
aut

aut ad mentem, aut ad corpus. Nisi velis absurdus esse, & alter-
 utrum statueret; aut, cum Rabbini, quod *contradictoria sibi*
invicem non contradicant, ut medium aliquod habeas; aut, cum
 dupliciter, *contradictoria simul esse posse vera*, tantum duas esse
 partes, atque etiam tres; licet duas Philosophia & Theologia af-
 ferat, quia vi phraseologiae, per tuam phrenesin male intelle-
 ctæ, tertia quoque datur; Aut denique fingere, tertiam illam,
 partem tuam *participare ab utroque extremorum*, id est, *partim*
materialem. partim immaterialem esse; quod idem esset, ac *novum*
in homine hominem, & novum in composito compositum finge-
 re, ut distincta *condas & processum habeas in infinitum*. Sci-
 as autem velim, quisquis talia concedit, *ad absurdum est redactus*,
negat principia nec dignus est, cum quo disputemus.

Et, ut evidentius agnoscas hanc contradictionem: Per-
 contor: *Daturne inter mortale & immortale medium?* Sed tale,
 quod nec mortale sit nec immortale? Ni placuerit du-
 bia augere dubiis, *affirmabis*. Da ergo & hoc: *Quæcunque*
in homine est substantia, illa aut mortalis, aut immortalis est.
 Et quæ differunt ut mortale & immortale, illa sola, in homine,
 essentialiter differunt. His concessis transito mecum ad Scri-
 pturam, & invenies *in pio juxta ac impio homine non nisi duas*
inveniri partes. De PIIS Servator Math. X, 28. *Ne timeatis*
ab occidentibus corpus. At animam non valentium occidere. Ti-
mete autem magis potentem & animam & corpus perdere in Gehenna!
 Ecce tibi *corpus & mentem!* Illud necari potest, hæc nequit. At &
 illud & hanc perdere potest DEUS, sic tamen, ut maneat *in Gehenna!*
 Erige nunc, si placet, inter corpus & mentem, *parietem quen-*
dam intergerinum, quem quidam dicunt animam; aut superim-
 posito gemello parieti *coronidem*, quam vocant Spiritum; Quid
 censet? *Potesne illa tua tertia pars necari an non?* Alterutrum o-
 portet affirmari. Non posse necari dicis: Ergo ad mentem re-
 fer. Affirmas interfici posse: Ergo ad corpus pertinet. Eopse
 vero concedis *non differre essentialiter*. Aut vis differre? Dic
 fodes: *Eccubi Servator mentionem facit duplicis corporis neci*
obnoxii? Aut *duplicis mentis immortalis?* Et cur non addit; pos-
 se

se DEum non solum duas partes, sed *tertiam quoque perdere?* sive annihilando, sive ad Orcum detrudendo? Aut putas, *tertiam illam tuam partem posse Nemese & omnipotentia divinx se subducere, & impune laturam apostasiam, metu factam hominum?* Et hoc est absolum! De IMPIIS nolo esse prolixus; produco tantum in medium *Helluonem* Luc. XVI, 22. *Mortuus est dives, & sepultus, & in inferno existens oculos levavit! Mors est partium dissolutio, partes dissolutæ duæ, prior in tumulum, posterior in tartarum est delata. De tertia quartaque, ne mihi quidem exstat.*

Parili modo sese res habet in SYNTHESE, hoc est resurrectione. Expendamus *præcludia sola!* 1. Reg. XVII, 21. Orat divino plenissimus Zelo Elias: *Domine, DEus mi, revertatur, obsecro, anima infantis hujus ad interiora ejus. Et exaudivit Dominus vocem Elie, & rediit anima infantis ad interiora ejus, & revixit!* Quid heic legis? Hoc utique; *Anima*, quæ exiit, rediit ad interiora *corpuculi* illius, quod Vates incubando foverat. Anima ad sua penetralia (ubique ipsi erexeris lararium, sive in corde, sive in capite) redeunte, & hypostatice corpori unita, subito in vitam pristinam *idem puer* revocatus fuit. Liceat nunc, cuicumque fanaticorum placuerit, Eliam postulare *osculantia* in precibus admittæ, dicendo: Prophetam oblitum fuisse partis suæ, quam fingit, tertiæ. Sane, Voci Vatis, Echo cælitus respondit. Quod oravit, id exoravit. Nil DEus restituit, nisi *animam corpori*; Et nihilo fecius Elias matri restituit *filium, quem ante id habuit*. Misere autem, cum *matre pia*, probus *gnatus*, fuisset deceptus per hoc miraculum. si *tertiam principemque partem*, aut *intermediam* quandam essentialem, nec exorasset Propheta, nec dedisset DEus; Matre filioque *duas tantum tertias rei* deperditæ recipiente. In foro civili quidem, qui ultra *semissem* non est defraudatus, res suas sibi habere jubetur; in foro autem Theologico *pia illa fraus* præsumi non potest. Male mecum. & secum quilibet esset contentus, si *capite* supremo, aut *intermedio ventre*, destituto vivendum esset.

Ut vero in Libris Regum פפפ vel פפפפ, altera pars audit

dit hominis, ita *Luc. VII, 55.* idem de Spiritu dicitur. ἐπίσχεψε τὸν πνεῦμα, rediit Spiritus in illud corpus filiole Jairo, quod prehensa manu Servator tenebat. Altum utique silentium est de anima, quam tertiam arbitrantur partem novatores. Receptit interim Archisynagogus eam, quam amiserat filiolam, & quidem ex asse; neque fraudi fuit aut dividix miraculum. Quod superest: Ex hoc & priori dicto colligo: *Quicquid caduco cadaveri opponitur, & contra distinguitur, id esse immo tale, sive cum Spiritu, sive anima vocetur; Spiritum enim causa est, anima effectus in corpore, à Spiritu animato.* Aut si ad corpus referenda anima, *festivam* dic, constantem spiritibus animalibus, sua natura corporeis; Hæ vero invicem oppositæ partes, ubi unix fuerint, dant σὺ-δρα, quod vocamus hominem, nec opus est ad ipsius constitutionem aut compositionem precaria quadam tertiaque particula. Imo quicquid non potest actu ab invicem separari in homine, id nec essentialiter ab invicem discrepat. Mens est αὐθυπόστατον, & cadaver pariter. Tale quid autem non est mentis, corpus animantis, operatio, nec temperies illa corporis subtilior, quam spirituum animalium nomine notamus. Separata mens corpus non animat, & stagnante circulo sanguinis, sistitur quoque motus defæcatarum particularum sanguinearum, ex corporea mole eductarum & in eandem recidentium. Absit itaque effectum mentis, aut affectiones corporis habeamus pro parte peculiari & essentiali hominis.

Cui volupe est plura cumulare argumenta pro duabus partibus, is Genesi, Analyti, Synthesi, Ἰλαρίθρων. addat θεαρθεωπυ moribundi preces, mortuique triduanum statum, & ἀπολυτρώσιως finem. Commendat quippe *Luc. XXIII, 46* Spiritum suum in manu DEI, committit ex sanguine corpus curæ Josephi; Tertiam partem cum nemini legaverit, nec habuit. Divinus Psaltes *Psal. XVI, 10.* de anima in statu separationis non relinquenda, sanctæque corpore, corruptionem non visuro, vaticinatur; immemor prorsus *media sine* cujusdam partiu. Factus autem est Christus τερταλωσιως similis nostris pusionibus *Ebr. II, 14.* adeo, ut quod in Christo homine non invenis, temere requiras in Christianis

nis. Imo *peculiam illud*, quod maximo emit pretio, quod *totum DEI est*, totumque divinæ dicandum gloriæ, corpore constare dicitur & *Spiritu* 1. Cor. VI, 20. His duabus partibus omne nostrum servitium absolvitur. Cum vero Salvator nos *totos redemerit*, *totos sanctificavit*, ac ob id *totos nos mancipare* Numini oporteat; Utique non dabitur tertia quædam pars nostri, quæ redemptione non egeat, fructu excidat, servitiis præstandis supersedere queat! Toti vero, quanti quanti sumus. quales olim conditi, quales nunc corrupti, quales in pristinum statum restituendi sumus ex *Spiritu* constamus & *corpore*, quibus si servierimus DEO, fat est. Ergo quid refert tertiam quandam comminisci?

Et hæc liberaliter, atque ex abundantia sufficiat dixisse. *Memum non est probare* quia nego tres essentielles partes; incumbit probandi onus affirmanti adversario. Attuli autem hæc, istunc potissimum in finem, ut ex dictis intelligat B. L. *quanam divisio*, sensu magis recepto & *famosiori*, in Pandectis legatur? Rociissimeque nos facere, qui *Trigam* illam *dictorum*, quibus Trichotomia videtur inculcari, secundum hæc aliaque plura exponimus, ut facta tectaque maneat sana illa sanctaque; DICHOTOMIA.

(b) ob RATIO NEM.

Ad Philosophos provocans. malo *argumentis*, quam *autoritatibus* pugnare. *Platonem* quidem jacitit pars adversa. Velim autem eam meminisse, hunc *Philosophum suis ideis delusum*, & in *triae*, nescio, quæ arcana ubivis quærentem, utut magna ex parte militare videatur pro fanaticis. *non tanta esse autoritatis*, ut circulos Christianismi turbare queat! Fabulæ ipsius ex Phædro notæ, detractaque est larva ab insigni illo Colbergio aliisque. *Patrem ipsum*, minimum *Patronum*, esse *Fanaticismi*, eoque in Scholis Christiadum regnante per priora secula depugnandum fuisse cum colluvie fanaticorum, ipsoque in scenam, circa tempora Reformationis, reproducto, iterum ad Trojam hanc debellandam mittendos fuisse magnos, qui Achillis nomine veniunt Theologos, pullulantibus passim Quackeris pariter certum est docuitque id pererudite Jac. Thomæus, veri nominis *Philosophus*, Ipse illustris *Cartesius*, idearum alias *Platonica-*

nicarum non postremus Hyperaspistes, hac in parte apertam facit secessionem, de tribus partibus altum silens. Quantumvis enim in *Metaphysica* minime mihi arrideat hic Lojolita, & pleraque in *Physicis* vertigini vorticum infinitorum sint superstrueta, ac ob id fragili admodum nitantur tibicine; *Hac tamen in parte* sagacissimo auctori, pro meritis, debentur grates, quod in *duo* distinxerit quicquid in orbe fuit. Non quidem in substantiam & accidentia, sed quod ad hanc rem magis est appositum, in *Mentem* & *corpus*, cum illa cogitet, hoc *extensum* sit. Aut, ut H. Mori, nimium in cæteris Platonici & Cabbalistici utar verbis, illa *penetrans* sit & *indiscerpibilis*, hoc vero *discerpibile*, addo & *penetrabile* spiritui.

Quare, uti R. des Cartes *duo* tantum in Macrocosmo agnoscit *summa* genera, quæ *Prædicamenta* nuncupamus, ita duas tantum partes admittit in Microcosmo, *Mentem* puta *corpusque*. Nec differt corpus à corpore, nisi *quantitate*, *figura*, *motu*; quæ quidem ratione ipsi *Spiritus animales* corpuscula sunt, corpori homogenea. Quicquid autem sit de *Unione inter mentem & corpus*, nimis forte diluta, aut de *mechanismo corporis*, nimium crasso; *tertiam tamen partem* haud adstruit, affirmans substantias illas duas, mentem & corpus, utut qua essentiam sint longe diversissimæ, distinctissimæque, à summo tamen Numine blando, suavi & admirabili quodam *conjugio* copulatos esse invicem, & resultare hinc, animal illud, quod vocamus *hominem*.

Poiretus strenuus cætera assecla Cartesii, eandem *dichotomiam* haud audet explodere, utut alia quadam via puta per *punctum saliens* & *fundum anime*, longe subtilius suppetias ferat clientibus suis, sub crasso Bæotico aëre natis, hoc est nonnullis Quackerorum.

De *Aristotele* res certa est. *Animam* illerationalem non nisi *unicam* agnoscit; spiritum quendam superiorem nescit; Vigilando somniant, quotquot ex *scholasticis minorum gentium*, nimis subtilitatis, quæ statim hebescit, admodum cupidis gestiunt ex *tribus facultatibus*, aut *tribus* mentis operationibus, *triplicem animam* comminisci. *Anima* enim, quæ dicitur, *vegetans* & *sentiens*

ens materialis est, à corpore dependet, tam in fieri, quam in esse. Anima vero *rationalis*, quæ sola à materia non dependet, & in materiam exercet imperium, sola est immaterialis & immortalis, & appetendo vegetat, vegetando sentit, ratiocinando intelligit. Sentiens contra & vegetans uti fit, ita perit cum corpore. Putoque celebrem *Cartesum* ideo abstinere vocabulo *anima*, & illius in locum substituere *mentem*, quia τὸ anima apud Stagiritam, & interpretes, est πολύσημον, tributum quippe plantis brutisque quibus, utpote *pure materialibus*, isthoc nomen non competat, quæque (quo jure nunc non disputo) sensu carere arbitratur.

Equidem, si quod sentio, aperte heic profitendum. Ita habeo: Ad *summam rei* aut *nihil*, aut *parum* referre, quæcunque ex Philosophico armamentario depromta fuerint argumenta. Subolet quidem rationi nostræ. & per argumenta tantum non-apodictica, licet à *posteriori*, intelligit esse magnum quoddam *χάσμα* inter mentem & corpus utut in eadem sint persona copulata hæ substantiæ. Atat, quod reliqua attinet, puta, quonam vinculo fœdereque, hæ longe diversissimæ substantiæ, sint divinitus conjunctæ? quodnam *vinculum* vel *ferrumen*? quæ *copula* & *calx* sit, adeo diversa connectens? id utique vix hariolando, per conjecturam, potest consequi. Quotquot autem, solius rationis principiis suffulti, heic aliquid volunt garrire de *anima mundi*, vel nugari de *spiritu astrali*, vel fabulari de *Ente mediastino*, vel hariolari de *emanante. ex mente immateriali, profusio quodam materialis*; Næ illi nihil aliud afferunt quam spectra cerebelli, somnia, auguria, aut, si quam mitissime loqui placeat, *leves inanesque conjecturas*, suasque, ne quidem probabiles, opinioniones, quas, procul omni veritatis specie, luxuries phantasiæ eo producit modo, quo solet Chimæras. Quibus phaleris, generosæ veritati virtutisque incoctum pectus, ad cachinnos facile commovebit, neutiquam autem convincet Philosophaster.

Non diffiteor me sedulum in veteri Salana, & patientissimum

mum in Viadrina Academia ut *Stagirita* sic *Cartesii* fuisse audi-
 torem, & Aristotelis *subtilitates*, Cartesiique *circulos*, plus quam
 Archimedeos, maximo cum animi prolubio studioque expen-
 disse, in partem utramque versando volvendoque mentem. Et
 nisi Euclidean reliquisque Matheos principiis instructus ma-
 num admovissem *Cartesii* & *H. Mori* Eccentricis & Epicyclis
 Philosophicis perlustrandis, fateor, me *fasceno* illo jactatae de-
 monstrationis Mathematicæ, & numero tot schematum, à pau-
 cissimis intellectorum, nullo negotio potuisse induci, ut album
 calculum, vel ignorans, ipsis adjecissem: pro illo instituto, in-
 ter mortales pervulgato, quo quod subtilitate aut perplexitate
 sua captum superat, solemus mirari, & divinisimis veritatibus
 accendere, Nubem pro Junone soliti exosculari. Quin cum
 A. 1692. in veteri Salana in Jac. Bohemi scripta à consultis.
 PRÜCKNERO mutuo data, inciderem, eaque uti amant discentes,
 sacro quodam cum horrore perlustrarem, forteque fortuna
Trigona ipstus, cum *teratologis* expenderem, tandemque in lon-
 ge *absurdissimam* & *Syllabicam Orationis Dominica expositionem* in-
 ciderem; Sic tum temporis mecum, subridens quasi: Bone DE-
 us! Quos Iustus saltusque hic futor? Annon ultra crepidam?
 Ita me futores, alutarii, coriarii, cerdones, cum focis & ty-
 runculis universis, omni suo olido perfundant lixivio, ni simi-
 les nugas, per horas subsecivas, per ludum jocumque, sodali-
 tuo dederò! Factoque periculo ostendi. Nihil esse difficilius
 quam obscura clare explicare, nihil contra facilius, quam quæ
 plana sunt involvere obscurareque, vocatis in subsidium literis
 Ebraicis, vocibus ambiguis phrasibus longe petitis, & Schem-
 atismis atque Signaturis Medicis, Chymicis, Astronomicis-
 que. Hac potissimum ætate nostra, qua abunde sapientes, &
 simplicis veritatis peracti, mortalium quidam, id unice agunt,
 ut divina implicent, non explicant, rebusque satis per se obscuris,
 satis, quoad fieri potest, perspicue in Codice propositis, no-
 vam offundant caliginem, ne scilicet desit eam quo vasta, tur-
 gida, & obscuritatum amantia ingenia hærantur, in quo genui-
 num frangant, exponendo ea, quæ ne ab autore quidem, si fa-
 ni

i, quames-
 on dependet,
 erialis & im-
 t, raiocinan-
 ita perit cum
 ere vocabulo
 ia 70 anima
 butum quip-
 u, illhoc no-
 on disputo)

ndum. Ita
 e, quacun-
 ut argumen-
 entia tantum
 tum quod
 sint perfo-
 inet, puta,
 substantia,
 omni? que
 vix hario
 rentem, so-
 garire de-
 e Enti me-
 profusio
 ectra ce-
 placeat,
 iles, opi-
 phantasia
 aleris ge-
 nos facile
 ter.

rationem
 mum

ni fuit syncipitis, fuere intellecta. Cerebrosis enim hominibus perquam solenne est, mente agitare molem, superas volitare per auras, verum simili cum Phaetonte & Icaro fato, ut lapsu graviore ruant. Cum tuta & humilia alto despiciant supercilio; aut venantur gryllos ipsi, aut macerant ingenium, confusissimum tenebrarum chaos in ordinem, allata luce, redigendo; quod alia ratione nequeunt conficere, *quam excusando* ineptias male sani auctoris, qui per furorem scripsit; *quam defendendo* nugas, magno cum auctario nugarum, quo multum videantur excellere cætera hominum ingenia, quæ frivolis his tricis innutrita non sunt, neque nata ad palliandum errores crassissimos. Et interea aliquid fit. Videlicet, tempus irreparabile perditur, post oleum operamque. Et gaudet in sinu effusissime Dæmon, idque duplici de causa; *Primo*, quia primum autorem demontavit, nescium quid scriberet. *Tum* quia nactus est acerrimum nugarum Patronum. Pessime enim haberet hunc λογίας Apollinem, si dubia oracula spreta jacerent, nemoque super commentis scriberet Commentarios. Tandem multum se lucratum arbitratur, excusso de manibus Sacro Codice sanisque scriptis, ablegatisque miseris mortalibus ad Enniana illa stercora, è quibus, ne Virgilius quidem, aurum colligeret. Sileo quod turgidos reddat interpretes, magnæque cujusdam sapientiæ opinionione inflatos, ob illud artificium torquendi versandique cuncta, ut post longas ambages, & mollia interpretamenta, velut per fiduculas, sanus aliquis, ast passim obvias & pervulgatas, sensus emergat. Spondeoque me facilius Æsopi fabulas, aut Ovidii Libros de Metamorphosi, vel etiam de arte amandi, allegorice mysticeque velle interpretari, quam quidem Bohemi & Paracelsi scripta cum Eyandri matre, ni pejus loquentia. Sed quo me justus dolor?

Quorsum hæc omnia? Istuc B. L. ut fidem luxuriantis in Platone, Paracelso & Bohemo ingenii, tibi elevem, ostendamque spernenda esse hæc portentosa somniorum, à Sophis cæteris explosa ad Philosophiam veram non spectantia; & si vel maxime istuc obtorto collo ea velis raptare, nihil posse hæc omnia contra Scripturam.

pturam. Jovem ergo lapidem jurent tria profecto esse in nobis, Animam, Spiritum, Corpus. An ideo tres partes essentielles & aequae ab invicem distantes erunt? Pone sis. Natura diversissimas substantias, mentem & corpus, per spiritum quendam intermedium, quem animam aut animales spiritus vocamus, copulari. An iccirco compages illa, vinculum illud, quod Medicis nihil est nisi pellucidus quidam & tenuissimus vapor, ex subtilissima depurati sanguinis parte, per plexum Choroidei, venarumque ceterarum integumenta, exsudans & transpirans, toto genere à corpore differt? Aut, an ex corpore spiritus animales nasci possunt nullis moleculis materia constantes? Sane nihil sunt hi spiritus aliud, quam particula invicem contigua, sese rotantes moventesque, subsistentesque ad instar atomorum, quas in radiis solaribus cernimus collusitantes, sursum deorsum, ultro citroque commeantes. Invenias spiritus animales in brutis quoque, quorum anima sensitiva in sanguine est. divino Mose affirmante Gen. IX. Visne ergo dicere, animas quoque brutorum esse per se subsistentes & à corpore omnique materia in totum distinctas essentias? Sunt evagantia humorum, & temperies sanguinis nobilissimi; oriuntur ex corpore, quamdiu circulum suum sanguis absolvit, recidunt in corpus, stagnante cruore. Hoc sunt animae brutae, praeterea quae nihil. Ex his spiritibus quisquis tertiam partem hominis voluerit constare, per trichotomiam, ille sextam quoque, & ut Enneada Musarum compleat, nonnam quoque addat per aequae ineptam trichotomiam. Scilicet: Quia numerat Mentem, Spiritum & Corpus. Pergat numerare, dicatque; Spiritum, qui in corpore sunt, sunt triplices, naturales, qui in hepate vitales, in corde, animales, qui in capite stabulantur. Et singulos possumus resolvere in tria Elementa Cartesii. Verum quid: Rhombum? An ut ad atomos usque anatomiam exerceamus, singulaque particula veniant in numerum partium Essentialium? Praeposterum hoc utique. Sane, Spiritus illi, qui mentis quasi & corporis (placite loquar sunt coagululum, neque pars sunt hominis tertia, neque Mens ipsa. Hoc Athei, illud fanatici, magno mercentur. Sunt interim mentis quoddam vehiculum cui praesidet, & organon, quo utitur, in movenda corporis machina, Sine spiri-



spiritibus enim animalibus mens operationem suam nequit exercere in corpus, his suffocatis, mens excluditur, his refocillatis animus solatia sentit. *Corpus* enim est domicilium *spirituum animalium*, & hi regale quasi solium *mentis*.

Per me ergo dicas licet: *Vinculum hoc duarum partium essentialium*, esse aut, cum veteribus, *animam sensitivam*, aut, cum recentioribus, *spiritus animales*. Dummodo id caveas, ne ullam *animam dicas immaterialem*, excepta ea, quæ est & *rationalis* & *immortalis*, ne ex tribus mentis facultatibus operationibusque facias *Geryona mysticam* id est tres animas! Quin, si placuerit tibi vinculum illud, quo *corpus* nostrum, *mentem* immortalem *proxime contingit*, annumerare partibus hominis, cave ab orthodoxa recedas sententia; abstine à voce *partium essentialium*, & *distinctionisque adequatæ, collateralis, coordinatæ*, & scito te tres partes nunquam elicere posse per *divisionem immediatam*; nisi in subsidium vocaveris divisionis quandam *subdivisivam*. Et hac in dividendo procedito methodo. *Primo dic*: Constat homo partibus duabus, immateriali altera, altera materiali, illam mentem vocamus immortalem, hanc corpus caducum. *Tum perge*: Corpus vero caducum, aut subtilius est, aut crassius. Subtilius venit nomine spirituum animalium, crassius autem illud ex membris, pelle, musculis, venis, nervis, compositum, vocamus corpus organifatum. Atque sic emergunt tres apud celebres Medicos non ignotæ partes: *Corpus organicum, Spiritus animales, & Mens immortalis*. Aut si Aristotelicorum vestigia vis legere: Et copulam hanc, quam dicunt *animam sensitivam*, ad mentem referre: Sic procedito: Mentem immortalem contemplaturus, aut ad Essentiam, aut ad operationes, attende. *Essentia* una est & perpetua. *Operationes* duplices & transitorix; aut enim *secum ratiocentur*, aut subiectum *animæ corpus*! His probe observatis, per *divisionem* emergunt duæ partes, per *subdivisivam* tres quidem, aut non essentielles, & sic satisfiet Theosibis Theologico-Philosophicis, imo & phraseologix Liblicæ, cui strictissime insistent magni quidam viri, eo tamen eventu, ut nihil hinc lucrari queat *Fanati. us.*

Excla-

Exclamet nunc *Hic? εὐχρηστικά*, habeo ergo, quod volo. Affirmas ipse, *tres esse hominis partes*. Et respondeo: Tres quidem legisti, sed non *illas Tuas tres*; videlicet *TRES Essentiales, essentialiter differentes*, & ab invicem *separabiles*. Non enim hæ partes meæ *immediate* ex divisione totius emergunt, sed ex *subdivisione* alterutrius partis, ac ob id hæ duæ partes non debent *coordinari*, velut æqualiter distantes, sed *subordinari* debent, velut subalternæ: Et, ut quo tendam, melius me capias. *Exemplo* quodam & *simili* rem illustrabo; Finge primo cum celebri apud Medicos *Deusingio*, dari aliquod *animal humanum*, quod *non sit homo*. Hoc est, uti subtiliter distinguit fingitque, quod *mente careat immortalis*, interim autem propius accedat ad hominem, quam homini simillima turpisque bestia simia; scilicet cui os sublime, erectam staturam, corpusque nostro corpori per omnia simillimum, dederit NUMEN. Interim autem nil aliud sit, quam *ἄλογον ζῷον*, nec rationem habens, nec signa rationis edens, cuius *ἔργον* sit nil aliud, quam ingerere, degerere, egerere, stertere, currere, boare. Nonne in illo essent *spiritus animales & textura corporis crassior*? Heberetne ille *unam*, an *duas* hominis partes? Cum tota moles dicatur materialis esse, & mente carere; *Unam* tantum ego observo, & parum moror; quicquid de spiritibus animalibus, aut anima sensitiva vegetativaque excipi posset, essent enim hæc materialia æque ac in bruto pecore. Si in hoc maneret statu, animal illud *Deusingii* humanum, utique pecoribus campi istud accenserem. *Pone* vero huic *Deusingiano* animali divinitus *addi mentem rationalem*. Nonne *homo* esset? Nonne *duabus* tantum partibus essentialibus constans? Primo *materiali* instructus, mox *immateriali* donatus. Opusne censes *tertia* quadam intermedia, aut principe? Non, si mihi lumina centum, istanc ego necessitatem videndo assequer!

Aut ut planius agam, & quam *incongrua* sit illa *Trichotomia* ostendam, similia subjicio. Si quis diceret: *Respublica* constet *Principe & Subiectis*, atque alter exciperet; Sunt & *Consiliarii* in ea, & regeret *Tertius*, sub DEO est *DEI vicarius*. Ergo

G

con-

constat Respublica Principe, Consiliariis & Subjectis? Aut Respublica constat DEO, Principe, Consiliariis & Subjectis? Nonne rideres? *Proceres* enim illi, medio loco positi, ad subjectorum censum pertinent, cum non nisi parendo imperent. Et *supremum Numen*, per *καταλασιν εις αλλο γενεθ*, ad partes Reipublicæ integrantes raperetur. Sed similem paralogismum committunt, qui *tertiam partem* infarcire volunt, aut qui *Spiritus Sancti operationes* in homine, ad hominis essentiam trahunt. Pergo: Si quis diceret: Dantur *docti & indocti*. Datur *lux & tenebra*. Datur *aqua & vinum*. Datur *color albus & niger*. Et exciperet *Zythopecta latinus*, dantur & *Semidocti*; vel adrastrum relegendus *Alstromomus*, occurrit & *crepusculum*; vel pigmentarius, utor quoque *gryseo* colore; vel cauponarius, *crama* quoque in promptu est. An ob leviculam hanc instantiam dices? Tria sunt hominum genera, *docti, semidocti, indocti*! Tres diei partes: *Lux, crepusculum, tenebræ*? Triplex color, *albus, gryseus, niger*. Et, ubi hederam vides suspensam, designatur vendibile vinum, *crama, lympa*! Quis bonam appello mentem, ita nos iussit distinguere? Aut si distinguendum, an *essentialiter* hæc tria & *eque-distanter* differunt?

Ut evidentiùs ex ipso corpore res pateat: Fac *Hufarum quendam* obvium hostem per *διχοτομίαν* à capite ad imum ventrem diffindere. *Aterum* ex sociis, capite detruncato, in truncum scivire, bifariam dividendum, sic ut dextrum trunci latus illic, lævum istic jaceat. *Tertium* vero, amputato vertice, residuum corpus quadrifariam dividere. Pone tum *calones*, qui adstant, rixari invicem de partibus & digladiari, alium *tres*, alium *quinque* partes corporis humani numerare. Quid tum? Nonne dicerent *saniores*: Duæ sunt *partes principes*, *Caput & membra*. Potest tamen, ablato capite truncus subdividi pro lubitu, imo & ipsum caput diffindi, nec tamen inde *duo capita, duo trunci*, aut *tres vel quinque partes corporis principes* exurgerent. Non de re, sed de numero lis intercedit. Simili prorsus modo sese res habet cum homine: Aufer primo, quod caput est rei, mentem immor-

immortalem immaterialemqve. Et divide tum, bona mea cum pace, pro eo ac lubet, corpus residuum, ut *dextrum* & honoratius *latus* occupent spiritus animales, materia illa subtilior, & *sinistrum* atque sequiorem locum, crassum & artubus constans corpus organifatum. Atqve tum conclude; Qvemadmodum corpus constat capite & latere dextro sinistroqve; ita homo *mente*, & spiritibus animalibus corporeqve organifato. Statim senties, duo illa latera *unum truncum* facere, & tenue crassumque corpus, *unum corpus* absolvere, & spiritus animales cum corpore organifato, ad materialia esse referendos. Volupe est tibi, mentem qvoq; qvæ caput est rei, distinguere? Fac, per me licuerit. Dummodo ritè recteqve id fiat! Ea lege, ut dicas: *Substantia* mentis est immortalis & simplex. *Operationes* triplices; intelligit, sentit, vegetat: Non tamen hinc *tres anime* nascuntur. Nec V.C. si triplex facultas, ergo & *Essentia*? Multo minus res procedit, si dixeris: Accidit menti *meæ*, ut *supernaturali modo*, novis in regeneratione imbuatur qualitatibus; Ergo *per naturam* habet geminam substantiam alteram *suam*, qvæ ratione prædita, & præterea *sublimiorem* divinioremqve alteram. Qvoties enim dividimus *substantialia*, non admiscenda sunt accidentia. Qvoties de *naturalibus* partibus, *omni subjecto* competentibus, sermo est, silere decet de supernaturalibus, solis piis, colatis. Qvoties de *homine raro* fari incipis, tacendum de indole renata. Qvoties de *partibus integrantibus* earumqve *essentialis*, non recurrendum est ad operationes & modificationes, ut inde novam totius rei con-partem faciamus. Certe: Qvisquis accidentaria essentialibus, supernaturalia, naturalibus, partes partium partibus totius rei accenset, omniaqve *eodem censu*. eodem loco cupit habere; Nonne is distingvenda, puerorum more, confundit? Sæpiam offundit? Et supera miscet inferis?

Qvicumqve tandem trichotomix *pertinax* vult esse *assertor*, dicat rotunde & aperte. De Substantiane loqvatur, an Accidentibus? De naturalibus, an supernaturalibus? De Essentia, an facultatibus? Nunc existimat *duas* dari, ab invicem distingvissimas,

mas partes *imateriales & immortales* in homine? An vero *u-*
nam tantum? Existimetne dari tertiam mediamque inter mate-
 riale corpus & immaterialem mentem partem & à corpore & à
 mente *separabilem* atque per se subsistentem? An vero à corpore,
 solo subtilitatis gradu differat, & in corpus retro sublapsa reci-
 dat? Sic namque se facile prodet forex. Etenim si de *accidenti*
supernaturali, quod sine subiecti interitu adesse, vel abesse potest,
 aut de *solis facultatibus* naturalibus, quas mentaliter tantum di-
 stinguimus, loquatur, aërem ferit, & cum de cepis ego quæram,
 respondet de allio. De Essentialibus liugamus. Si *duas imma-*
teriales, immortales, ab invicem separabiles, partes statumina-
 tum eat, errat eademque cum fanaticis chorda oberrat. Si ve-
 ro per mediam illam partem, nil nisi *vinculum mentis & corporis*,
 spiritus animales, aut animam sensitivam intelligat, & largiatur
 spirituum horum *motum* fisti in morte, *essentiam* esse corpuscu-
 larem, addatque hos spiritus, hanc animam sensitivam *separa-*
tim subsistere non posse, aut avolante mente, & tumulto cor-
 pore, umbrarum vagantium instar, per liberum aërem evagari.
 Tum quidem *sensit recte*, ferendæque sunt illæ tres partes. Ipsa
 tamen *trichotomia inepta* est, nec satisfacit accuratis illis regulis,
 quas Logicorum filii inculcant. Quis enim vinculum, quod
 est materiale, opponat & contra-distingvat corpori, quod iti-
 dem materiale est, ut *tertium* habeat? Non datur medium inter
 contradictoria, ab utroque extremorum æque distans. Refe-
 ratur ad alterutrum, & ad utrum libet; mediarum enim heic par-
 tium non agnosco quicquam. Aut mentis facultas, aut defæ-
 catus erit sanguis; velint nolint, dicant id, aut contradicant
 a lversarii. Aut facultas erit, aut spiritus animales! si *illud*, non est
 pars essentialis si *hoc*, est pars partis, nõ vero compars totius. Et per-
 quam incongrue distinguunt qui collateralia volunt primo loco
mentem, secundo *facultatem mentis* aut *partem corporis*, tertio lo-
 co *corpus* collocantes! Nonne hoc idem ac si quis metallurgo-
 rum diceret: Tria sunt metalla, *Aurum, æs Corinthium, & Ar-*
gentum. Vel fabulator: Tria sunt *corvorum genera: Nigri ne-*
ltri, Æsopicus variegatus, & albi Spitzbergenses. Resolve enim
 æs

æ Corinthium, & redde suum auro, suum argento, quid supererit? Furtivis coloribus nuda corvum Æsopicum, & aut niger aut albus erit!

Subscribo tandem Summe Rev. D. Buddæo, pro ea, quæ pollet utriusque Philosophiæ, tam veteris, quam novæ insigni peritiâ, sic in Elem. Phil. pract. C. II. §. 1. p. 15. scribenti: *Primo itaque hominem contemplanti, non licet secus sentire, quam ex duabus substantiis, diversissimis quidem, ast ærtissimo quodam vinculo & fœdere inter se colligatis, MENTE scilicet & CORPORE. illud exsurgere & efflorescere, quod nos hominem appellitamus. Nec re ipsa dissentire videntur, qui tres hominis partes statuunt, cum mediâ, quocunque demum nomine vocetur, seu materialis, ad ipsum corpus haud incommode referri possit!* Huic thesi, in publicum orbis eruditi conspectum propositæ infisto. Quæ enim de *Astrali spiritu, & fundo animæ*, per discursum dicuntur subiecta, ea ex aliorum mente insignem virum retulisse arbitror, maxime cum *aliquam tantum probabilitatis præ se ferre speciem dicantur, nec pro certis venditanda suaserit.* Putoque ipsos Auditores, volante crena, per errorem, improvide id excepisse, cum *Simile illud de atrio, sancto & sanctissimo*, in verso legatur ordine notatum.

A pluribus suffragiis abstineo. cum ubivis sint obvia, ipseque Grotius Gentilium quosdam Coh. XII, 7, afferat.

II. Non decet adstipulari TRICHOTOMIÆ Fanaticorum; aut DICHOTOMIÆ Poireti.

(a) De TRICHOTOMIA Fanaticorum.

NE quis autemet de *lana caprina certare Theologos*, afferam fanaticorum mentem, & patebit ad oculum, *Summam Theologia Evangelicæ periclitari.* Quid vero Fanatici? *Heraclonita* in catalogum hæreticorum adscripti, teste Hieronymo ap. Gerhardum LL. Theol. T. VIII. §. 76. p. 46. pro *corpore, anima, spiritu* pugnarunt. Malo utique sensu, quia *propago* fuerunt

Valentini, semex aliquod spirituale, à Matre Sophia, homini additum narrantis hominemque triplicem, materialem, animale, spiritualem fingentis, uti videre est apud Nostros Centuriatores. Secuti horum, hac in parte, vestigia, quotquot in Platonis jurarunt placita & quotquot Christiadum improvide nimis, aut quotquot leso lippove lumine amant introspectare in fumosa penetralia Theologiae mystica; Ex qua quidem, uti ex Ennio Virgilius, Primi nostri Reformatores ramenta quadam auri obryzi collegerunt, hac potissimum fini, ut domesticos quosdam veritatis, alicubi propositæ, testes opponerent adversariis suis pontificiis, alta voce id usque ingeminantibus: ubi ante Lutherum Lutheranismus? & insimul ostenderent, superesse adhuc inter contorta ampullataque eorum verba, quibus simplicem veritatem fucare & involvere amant, aliquas boni seminis reliquias, quæ phaleraatum, pompaticum & in externis negotiosissimum Papatum pessime habeant, & ab oculi feriis illis mentem ad interiora fati apposite revocent. Per omnia enim, Patres nostros, probasse omnia, quæ in Pontificiorum Mystica Theologia extant, nemo sapientum dixerit. Tantum abest, ut posthumum abortum, Quackerrana & Pseudo-mystica Theologiae pro legitimo agnoverint.

In Classem Fanaticorum refero Paracelsum, Weigelium, Boehmum, & qui primus videtur desiisse inter ipsos nugari, Barstajum.

PARACELSUM parum pensi habeo. Hominem quippe, quem nemo orantem audivit viditque, publicorum sacrorum contemptorem, totis diebus & noctibus ebrium, perque crapulam agmina diabolorum evocantem, & ad tantas ineptias prolapsum, ut stultissimum occipiti sui pilum (recalvaster erat) plus scire, jactanter dixerit, quam omnes Galeni sectatores & scripta; imo barbam suam plus experimentorum callere, quam omnes in universum Academiæ, seque tandem aliquando & Papam & Lutherum in ordinem redacturum, quod vanus ille promissor non melius implevit, quam quod de vita in Nestoreos annos proroganda jactavit, hiantem destituens auditorem. Plura vide ap. Hornbeckium S. C. p. 400.

Ad

Ad fordidi, ebrii, nisi magi, discipulum transeo *Weigelius*, cui, quicquid sit de cæteris, hoc commentum Paracelsi arrisit: dum *spiritum Elementarem, astralem* (lingvarum, artium & technices capacem) & *æternum* narrat: Affirmatque *Postil.* p. II. p. 96, 122. *Piorum spiritum* redire ad DEum, *corpus* in terram defodi, *animam* in Paradisum migrare, jungendasque iterum has tres partes in die iudicii, sistendasque Judici Christo. *Impiorum* autem *spiritum* itidem redire ad DEum, *corpus* tumultu committi, *animam* relegari in tenebras sedesque infelices, nondum vero ad inferos detrudi. In resurrectione autem *animam corpori* iterum conjunctam, projici in tartarum. Ubi velim L. B. notare: Quod tres partes multis parafangis ab invicem *separandas* statuat, & quod de *tertia illa damnatorum* parte altum silcat, quam ad DEum redire, non item in corpus reverti, asserit. Putat ergo hanc tertiam partem diviniorem esse substantiæ puram innocentemque, cum pœnas subterfugiat; oportet itaque eam aut apud DEum beate vivere, aut relabi in pelagus quoddam essentiæ diviniæ infinitæ; ac ob id impius non totus, sed *secundum duas tertias* dat pœnas.

Seqvatur bellum hoc par, instar secuti legi fervi, futor ultra crepidam sapiens *Jac. Bohemus*. Quid quæso hoc homine absurdus? Ad mollissimam illam censuram *Henr. Mori Tom. I.* Opp. *Philos.* p. 537. &c. qva palpum obtrudere voluit Magnati cuidam Bohemistiæ Morosophiæ amasio, forte etiam una quasi fidelia futuri huic velificaturus, in multis Chimæris Platoniciis, juxta cum Morø, dedito, nunc provoco. Quoscunque Magnus ille H. Morus conquirit mantellos, non potest negare *palpabilia & enormia errata*, quibus Bohemus prodiderit *crassam in Theologia & Philosophia ignorantiam*, & *effrœnem melancholiam*, additque *nil minus* se deprehendisse *quam divinas inspirationes, imò contrarium potius; quod irrefragabilibus argumentis se evincere posse*, palam prouetur. Flosculos tantum quosdam excerpemus, ut ex ungue feonem, & ex innumeris aliis erratis, hoc quoque, quod sub manu est, agnoscas. Notat autem atro carbone Morus, inter cætera, sequentia. Quod jacitet BOHEMUS *lib.*

g u a r r

quam naturæ. Ridet Syllabicum exegetam, ex syllaba phur, in voce Sulphur, colligentem, esse in anima nostra scabritiem & asperitatem quandam; exhibilat Iesum illum ineptum in voce τεισεγαυρατορ. Improbatur: Quod Bohemus naturam DEI discernibilem fingat & corpoream. Quod cælum & terram, & quicquid supra est, DEum dicat. Divinum SAL-NITRUM venditet. Angelos ex DEO ipso creatos afferat. Quod in DEO PATRE lucem & tenebras, aerem & aquam, calorem & frigus, spissum & tenue, dulce & acidum, amarum & adstringens dari nugetur. Quod afferat: Medullam intimam & nucleum totius Deitatis habere asperitatem admodum aerem & terribilem, hyemi haud absimilem, cum pruina & glacie. Pugnamque inter DEum & luciferum sic depingat: DEum adversus DEum, & ingentem portionem adversus reliquum DEI certasse. Luciferum divinum Sal-nitrum corruptisse, Deumque coactum advocare Michaëlis & Urielis copias, ad debellandum Luciferum, & ex hoc bello fulminatorio externum hunc mundum esse natum. Angelos non esse novos Spiritus, sed antiquos, qui in DEO fuerunt ab omni æternitate, optimeque nosse jus Deitatis & naturæ. Diabolum in lumine solis videre non posse, posse autem in tenebris. Multitudinem ingentem intelligentium Spirituum per omnem abyssum, terram inter & stellas, occurrere, sed mortalium & ex anima Mundi natorum. Se, si DEus non sit in bestiis, vermibus, foliis, cælo, terra, & si totum hoc non sit DEus, librum suum velle flammis committere. Item quod quando consideramus universam Naturam ejusque proprietates, tunc contemplemur PATREM. Si vero FILIUS non luceret in Patre, Patrem fore vallem tenebrosam. Et de PROTOPLASTIS. Adamum Angelicum & cæleste ante lapsum habuisse corpus; virginem fuisse; matricem in se habuisse perinde ac virilitatem; potuisseque, si perstitisset in integritate, magice ex semetipso procreare liberos, sine scissione corporis, partu transeunte, uti radii solares per aquam. Adamum integrum nec intestina nec genitalia habuisse, quodque Veneris-Matrix ex ipso ablata & in mulierem formata fuerit. Tandem quod anima in homine sit res scaberrima & asperrima, ex acerbo, amore, angore, calore constans &c. Quid quæso heic super-

perest addendum? *Gerra germane, atque adeo! lire. lira!* Exclamabit lector, cui vel mica salis superest, nec fungus pro cerebro. Eant nunc habeantque pudorem Hyperaspistæ & Patroni magni nugonis Bohemi.

Post tantos *in rebus longe gravissimis lapsus*, quid expectabis ab hoc homine in nostra quaestione? Vix poteris quicquam aliud quam infrunita, inficeta; quam verborum monstra & opinionum portenta! *Tertiam Bohemus, juxta cum quibusdam Fanaticis, partem, eamque principem affert, peculiarem prorsus & anima rationali sublimiorem essentiam hominis intrinsece constituentem, omnibus hominibus inexistentem, aptam natam ad spiritum illa dijudicanda, per Adami quidem lapsum debilitatam, neutiquam autem extinctam penitus; quæ substantia sit ex DEI essentia pullulans, in qua æternus λόγος immediate habitet, illo quoque tempore, quo ad mortem peccant mortales.*

Quamquam vero (uti error est infinitus, veritas una; uti veritas veritati non adversatur, ut error cum errore pugnet) *Secessionem à Paracelso, Weigelio, Bohemo, faciant Quakeri quidam, dum hi contendunt, spiritum esse partem supernaturalem, illi vero naturalem. Quamquam etiam alii gregalium Spiritus, alii anime palmam & prerogativam concedant. Conspirant tamen omnes perquam amice in ipsa rei summa & divinitus quiddam in homine, & semen sanctum querunt.*

Ipse BARCLAJUS nihil melius substituit, utut mollius & subtilius loquatur. Crepat namque *lumen & semen spirituale, cœleste & invisibile principium, cujus mensuram unusquisque habeat & sentire queat, eamque realem, spiritualemq; substantiam, internum & substantiale semen nuncupat, datum homini ad gubernandum ipsum in rebus spiritalibus, sicut lumen rationis concessum ad gubernandum ipsum in naturalibus. Imo hunc spiritum vocitant fanatici sanctum & substantiale semen, divinum principium, internum & substantiale lumen, in omnium cordibus radicatum, substantialem DEI imaginem, doctorem excellentissimum &c.*

Talem vero *Spiritum nemo orthodoxorum nemo Protestantium ferre potest. Talem nec Lutherus, nec quisquam* γινώσκω
Luthe-

Lutheranorum unquam credidit. Sint nonnulli, qui apud rege-
nitos distinguunt mentem à Spiritu. Verum per hunc nihil ali-
ud intelligunt quam *qualitates supernaturales*. Ita memini so-
cutum Jerem. Taylorum, celebrem Anglorum Episcopum, in
Homilia super Rom. 8, 9, 10. p. m. 462. **Wir werden nicht allein
verändert in den Sitten / sondern wir haben eine neue
Creatur in uns / das dritte Theil unsers Wesens.**
Dieser mag frembd scheinen; und ist auch warlich so / und
ist eines der grössesten Geheimnissen des Evangelii.
Jeder Mensch bestehet natürlicher Weise aus Seele und
Leib : aber jeder Christen-Mensch / der Christum
angehet / hat ein mehrers : Denn er hat Leib / Seel und
Geist ic. Dieser wird genant der Saame Gottes / in An-
sehung dieser neuen Geburth. Wer aber geboren wird /
ist ein Geist / welches in der Natur so viel höher ist
als die Seele / als viel die Seele höher ist / als
der Leib. Dieses grosse Geheimniß würde ich nicht aus-
sprechen / wo ich nicht das grössste Zeugniß vor der gan-
gen Welt hätte / und einen Lehrer / der nicht irren kan / ich
meyne Paulum / 1. Thesf. V, 23. Moderarus lector, pia Critica
adhibita, facile intelliget, *Rhetorum more* loqui sublime hoc in-
genium, & exponere *partes hominis renati*, easque distinguere à
partibus hominis naturalis. Nunquam, spondeo, aut Taylorus,
aut Protestantium quisquam subscribet Barclajo Bohemo, Weige-
lio Paracello.

(b) *DICHOTOMIA subleste fidei.*

POIRETUS, nobilis Philosophus, est nimium Platonicus,
sectim quidem, interim *scite satis* patronum fanaticismi acturus,
ongè subtiliori methodo, quam vel ipse Barclajus procedit. Non
Inegat aperte *duas esse hominis partes*, idque ad Cartesii institutum,
quod sectatur. Interim FUNDUM quendam in anima collo-
cat, eundemque multis Platoniorum figmentis pigmentisque
colorat, in *Oeconomia* sua, quam *divinam* inscribit, ego divina-
oriam vocassem, *opere viginti annorum sudore concinnato*, scä-
tene.

tenteque profundissimis speculationibus; utinam cum Scriptura
semper convenientibus! $\eta\epsilon\omega\tau\omicron\nu$ ipsius Ἰσοδῶς est Platonismus,
cum ideis innatis, divinaque auræ particula. Cumque Plato-
nicorum sit notum dictærium: *Animam superiorem non opus habe-
re purgatione, cum FUNDUS ejus sit ἀναμάρτητος*, nec à Diis ab-
scessevit, quibuscum essentialiter connectitur. Cl. Poiret hoc suppo-
nit, & ad ulteriora progreditur. Summa erroris hæc est: *Ani-
mam esse ex DEO natam*, illiusque ortum comparandum cum
generatione λόγος æterna, dummodo observetur discrimen, quod
τὸ λόγος generatio sit necessaria, animæ vero arbitraria. Tum de
extractionibus ex natura divina fari incipit, animamque vivam esse
Trinitatis imaginem, certaq; ratione Deum vocari posse, imo vere De-
um esse; sed ex gratia; dedisseque ipsi Numen essentiam suæ si-
millimam. Cum vero novo quodam & inaudito exemplo Es-
sentiam personasque Trinitatis ipsi placuerit explicare, Deitatem
dicens esse cogitationem substantialem, Patrem vero modum cogi-
tandi directum. Filium reflexum, & Spiritum S. terminativum, ad-
datque PATRI competere FUNDUM quendam anxium & re-
nebrosum, qui à FILIO illuminetur, & à SPIRITU S. tranquilletur.
Tandem ad animam redit, quæ ipsi audit substantia cogitans &
centralissima cogitatio, in cujus FUNDUS sit desiderium substantia-
le cognoscendi & amandi, id est desiderium lumen & gaudium
quærendi. Postea definit hunc FUNDUM animæ anxium & re-
nebricosum; quod sit aptitudo naturalis Filium & Spiritum S. sive
lumen & gaudium recipiendi. Esseque omnino per naturam in
mente aliquid, quod capax eternitatis fovende. Porro affirmat:
FUNDUM hunc, ante lapsum Protoplastorum, characteribus
Filii & Spiritus S. fuisse insignitum. Per lapsum veri deletos
illos characteres, natasque in fundo animæ tenebras gemellas,
alteras essentielles & bonas, alteras accessorias & malas. Essen-
tiales vacare peccato, cum nihil sint nisi vacuitas quædam, ea-
que fundamentum sit salutis æternæ. Accessorias vero malas
esse largitur.

Et licet concedat lumen concreatum per lapsum primi parentis
fuisse amissum, reparatum tamen, ait, ex gratia, & propagari hodiernum

cum anima. Adamum enim reſtitutum receptumque fuiſſe in gratiam, DEumque *in fundo anime, etiam medius in tenebris, lucentem geſſiſſe*, progeneraſſe ergo *sibi ſimiles* liberos. Rediſſe DEum in centra cordium, &, quia eadem lege, qua Adamus ſuos liberos progenuit, nos noſtros gignimus, *divina hac principia omnibus ſingulisque hominibus ex equo ineſſe*, habentes quippe lumen DEI, ſeu DEum ipſum *in corde*; ipſosque *Gentiles claritatis hoc principio inſtructos*, utut detineant impediantque ne profiliat. Atque *hac ratione DEum veram lucem dici, que illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem*. Si quaeris à Poireto: Qua tandem ergo nos DEus convertit methodo? Audies, modo ipſi commodum fuerit paulo apertius loqui; *Per ideas illas connatas*, lumenque in fundo mentis deliteſcens. Nec video, ut id obiter addam, quomodo Carteſii aſſectæ, quamdiu innatas ideas cæſim & punctim defendunt, queant *illuminationem, ex verbo expectandam*, declarare, ſtante illa hypotheſi, quod quicquid diſcimus, diſcamus per *ἀνάμνησιν*, Niſi dicere velint, de rebus phyſicis ſolis ſe loqui, aut ideam quoque de Chriſto nobis connatam, cujus memoriam per Scripturam refricet DEus. Quod poſtremum Pelagianiſmum, Jeſuitis familiarem, ſapit.

Sed in viam iterum:

Perquam ſuſpectum eſt, in negotio conversionis, *ſimile illud Poireti de globo cryſtallino & puncto ſaliente*, cum *innatam* ad conversionem vim, non vero *inditam* per Sacramenta & verbum, prodat. Prius quidem ſimile de *globo cryſtallino* planum eſt: Animam enim in centro fundoque lumen ſervare credit, quod per omnium externarum facultatum peripheriam, puta per rationem, imaginationem & ſenſus ſe diſfundat dummodo ad illud per *introverſionem* refleſtamus oculos. Et exiſtimo ipſum alludere ad *colliquamentum*, materiam illam *colliquatam transparentem cryſtallinam*, quam, poſt Harvæum Medici notarunt in ovo impregnato. Alterum ſimile ejusdem eſt farinæ. *Punctum* namque *ſaliens eſt oculus in ovo*. Obſervavere enim rerum naturalium ſeduli indagatores, in ovo, quod, ſi non ſemine, certe aſſatu vivacis galli eſt impregnatum, ubi una alterave die

ab

ab incubante gallina fuerit fotum, inveniri exile quoddam punctum subsultans, atque hoc initium vite naturalis putatur. Quid ergo punctum saliens in animæ fundo? Nisi principium quoddam vitale & vivificum, aptum natum ad peragendum functiones spirituales? Da hoc punctum, in quo pedem figat Poiretus, non terram quidem movebit cum Archimede, interim totam Theologiam subruet. Si enim statim concludet. Ita est: More confveto & ordinarie gallina incubans, dum fovet seminale illud, quod in ovo est principium, pullos producit. Ast extraordinario modo, aliquot sexagenæ ovorum, modico calore temperatis furnis Ægyptiorum, immixtæ, pullos tibi longe plures dabunt. Quid ergo externa omnia, verbum, Sacramenta, Christus externus? Nisi fomenta quædam. Vita spiritualis non extus advenit, sed in intimis latitat penetralibus mentis, dummodo excitetur, sive id fiat in Ecclesia per incubantem illam columbam sacram, sive extra eam in tenebricoso Ægypti clibano. Per compendium Christiada, per dispendium Gentiles ad optatum salutis portum deveniunt.

Et hoc inventum, de fundo animæ & puncto salienti εὐρημα videtur Poireto vel hecatombis dignissimum. Ita enim, sine omni fundamento, & juveniliter subsultans, per inauditam catachresin rhetoricatur. Esse id centrum anime principale, lumen centrale, intimum fundum, locum divinum, domicilium quoddam DEI, in quo ab origine anima habuisset; punctum saliens per quod DEUS accedat & sese nobis manifestet; Esse fundamentum inferni & basin vite æternæ hunc fundum; Esse lumen DEI, lucem fidei, λόγος, CHRISTUM internum, spiritum bonum, DEUM illum vivum cordis &c. Tandem istuc usque dementiæ prolabitur, ut haud verecundetur scribere contra justificationem, quæ per imputationem fit, & contra verbum atque Sacramenta. Afferens eos, qui imputative justos se declarari dicunt, Christum ejusque divinitatem, meritum, vitam, mortem revera negare, & idolum quoddam brutum ac ligneum, penitus extra nos positum, ejus virtus in imaginariam quandam imputationem & in Ens rationis resolvatur, subsistere. [Confer similes fere & satis asperas phrasas apud Henr.

Morum, cui sero nimis rebus Theologicis se applicanti, & variis ex Platone & Cabala præjudiciis occupato, istac præsertim [de causa ignosco. quia pro *vera fide* utcunqve potius, quam accurate voluit scribere.]

Et ut tandem quo Poriectus tendat, ad oculum videas; subiicit: *Instructionibus externis, sive per verba, sive per ceremonias, sive per Scripturam, sive per Sacramentum fiant, non opus habere convertendos; esse enim hanc non nisi externam & accessoriam quandam mantissam, istunc in finem institutam, ut hominem reducant ad lumen internum, ad veritatem in centro anime lucentem, quam si quis consuluerit, licet literam Evangelii forse nesciat, devenire queat ad salutem æternam!* &c. Horrefeo referens!

Quod restat: Ultimo loco velim monitum B. L. ne miretur, quod singula loqvaculorum Fanaticorum, & prolixissimi Poretii verba, loca, cum prolixis excursibus & ambagibus, non attulerim. *Mentem* eorum ingenue, & bona fide, verbis etiam tantum non-ubivis servatis, expono, idqve pressius & brevissimis. Nec deero, ubi commodum & peropus fuerit, idqve jure adversarius exegerit, in his quoqve. Scripsi heic nostrorum bono, qui nisi *ὕψλόν τι* foveant, nisi pia quadam prophasi erroneis patrocinari voluerint, nisi *ἀόλογο γνώσεις* fuerint, suisqve oculis, suorumqve doctorum oraculis, plus fidere voluerint, quam oculatæ fidei eorum, qui in hac palæstra plus quam ipsi versati, facile affurgent, intelligentqve, me brevi manu hac opella voluisse defungi, sinemqve hunc mihi fuisse errores potius notare quam homines, meumqve genium non esse sectari ambages, aut mea schediastmata alterius collocupletare lucubrationibus.

(c) *Grave piunqve inonitum.*

Per sacra nunc omnia religiosissime obtestor Ben. L. annon Fanatici, Spiritum suum venditantes, & Poretus, fundum animæ punctumqve saliens substituens, *universam Theologiam pervertunt*, plenasqve pio hæresi insistant tibus? Nonne hujus furis

furis homines negant peccatum originale, aut admodum circum-
 scribunt & extenuant? Nonne Pelagianismum & Pucianismum,
 velut per posticum subintroducunt? Nonne sic Christo eterno
 θεανθρωπῶ, dica scribitur? Nonne Verbum & Sacramenta pro re
 levicula habent? Nonne fidei & justificationis vim Evangelicam
 infringunt? Nonne conversionis & renovationis leges fundamen-
 tales violant? Nonne ipsum infernum destruunt, cujus pœnæ
 omnes purgatoriæ? Quin cum nonnulli ex colluvie fanatico-
 rum dicant scribantque, dogma hoc, de tribus partibus Essen-
 tialibus, principem locum in Theologia obtinere, cui velut funda-
 mento totus incumbat Christianismus; dogma esse quod à tot secu-
 lis nec Philosophi nec Theologi Babelis indagare potuerint; do-
 gma ex quo omnia bona dicta factaque profuunt, ex quo certam,
 spiritualem & salutiferam cordis scientiam nanciscamur, discendam
 videlicet ex interna immediataque revelatione divini hujus spiri-
 tus in corde lucentis. Cum spiritum hunc suum scintillam di-
 cant ex lapsu residuare, macentque elogio luminis spiritualis, ver-
 bi interni, Christi interni, Spirituque in nobis loquentis; cum com-
 mendent internam auscultationem, arcanam hanc occultamque; scholam
 Spiritus DEI, in qua DEum nobiscum loquentem audiamus, &
 quidem ἀὐτοπροσώπως, de facie ad faciem. Cum literam mortua-
 am Scripturam vocare non erubescant, & hunc spiritum inter-
 num omnium controversiarum supremum judicem salutent; Et
 tandem jactitent suas recollectiones, introversiones, immediatas re-
 velationes, Deificationes, Christificationes, abstractiones ab omni co-
 gitatione, auditu, meditatione, illudque Pseudo-Sabbatum internum,
 Ecstaseos prodromum; Cum, inquam, talia passim extantia lega-
 mus audiamusque in circulis, annon justam indignationem &
 Catonis virgulam censoriam merentur? Autores primi fautoresque
 pertinaces? Potesne à te impetrare, ut moderatis placidisque in-
 genuis accenseas eos, qui mordicus suam tuentur sententiam, mo-
 niti que licet, de mellibribus, fontes illos, prima specie limpidos,
 ast, detectis rivalis, admodum luridos, adorant formulasque
 caute loquendi habent insuper? Dociles piique facile morem
 gerunt, nec desunt exempla. Ultimo loco, per animam, per glo-
 riam

ti, & variis
 resertim de
 quam accu-

videt; sub-
 ceremonias,
 opum habere
 oriam quor-
 reducant ad
 m, quam si
 evocare que-

L. ne mire-
 r prolixissimi
 ambagibus,
 fide, verbis
 essus debre-
 fuerit, id-
 ipsi heic no-
 adam pro-
 fuerint,
 fidere vo-
 astra plus
 brevi ma-
 fuisse erro-
 non esse
 cupletare

L. annon
 fundum a-
 legem per-
 hujus fur-
 furis

riam Christi, per sacra communia, qvemlibet hortor obtestor-
que, ut, lite semel mota, demonstratisque pessimis consequen-
tiis abstineat à phrasibus ad fanaticismum inclinantibus, in Bibli-
is nusquam lectis, ne profano idiomatici linguam attemperando,
similia loquendo, eadem sentire videantur; Aut si cuiquam ta-
le quid excidit, ut mentem mutet, vel delaret, linguam corri-
gat, ne scandalum ex oculis capiant auditores, existimaturi e-
andem esse mentem, ubi eadem verba audiuntur!

Et, si dicendum quod res est: Suspecta est mihi illorum
mollities, qui post certamina hæc feralia, pro rostris, aut scri-
p. o quoque contendunt, in duo quidem dividendum esse, quic-
quid est in homine, aut *neque secus docentes posse rejici, permitten-
dumque ut suo quivis, hac in parte, sensu abundet.* Meum si arri-
deret ipsis institutum: Hoc agerent: Excussa ad pulvillum us-
que domi controversa, indice digito publice notarent absurd-
a fanaticorum confectaria; postea quid Theologiæ & saniori
Philosophiæ mage congruat indicarent, tum qua ratione com-
mode dicta liceat interpretari explicarent, tandem vindicarent D.
Lutherum, & vindicias exigerent à Fanaticis sinistras suas opinio-
nes, innoxii recte sentientum Theologorum phrasibus obv-
lantibus. Ita enim eos nec supini neglectus, nec turpis igno-
rantia reos possent peragere extranei.

Scepticismus Pyrrhonis, Probabilismus Jesuitarum, & Indiffe-
rentissimus novatorum, ad meum non est palatum. Sua sanæque
sententiæ oportet esse & gnaros & certissimos; quotquot de tali-
bus judicare, aut publice verba facere præsumunt. Sint in re
Theologica nonnulla, de quibus *eis ἐνάσσειν* disceptatur, quæque
fidei fundamentum non contingunt immediate. Turpe ta-
men doctori, ambigue sentire, aut loqui. Ne minimum quid-
dem in universa Theologia articulum invenies, in quo non præ-
ponderent in partem alterutram argumenta mage probabilia.

Fac ergo pro præsentis capiti, simulac status confessionis in-
gruit, pium, certum, cordatum iudicium. Loquitur, ubi lo-
qui decet, plane & perspicue. Fluctuare velle, arundinis instar,
& mo-

& modo in hanc, modo in adversam inclinare partem, aut tepido, ambidextro, inque tempus bene longum protracto suspensoque iudicio, spes auditorum destituere. aut denique quasi sparso pulvere ex arena aufugere, *ἰπποχὴν* sectari, suamque prode incertitudinem, sane hoc non est masculi Theologi. Aut abstineat a talibus, aut aperte candideque profiteatur sua, quisquis is fuerit. Ante diem & iustum examen quicquam effutire velle, precocis est ingenii. Ex adverso, nimis tepidi, postquam ceptum versari in foro contradictorio, medias amplecti partes, nec damnando hoc, nec illud probando.

Turbendam esse pacem Ecclesia ob nudas voces dubiasque distinctiones, importunoque quodam Zelo reos hæreseos esse peragendos, quotquot idem nobiscum sentientes, solis vocabulis discrepant; Modo dociles sint, & meliora placide moriti non profus aspernentur; Aut etiam impingendas esse cuiusque consequentias non agnitas, nec directe ex divisiuncula quadam profuentes, quas nemo nisi heterodoxi, & quidem per fiducias hinc elicere solent. Hoc, inquam, adeo non dico, ut affirmem longe absurdissimum esse quisquis id dixerit. Interim hoc quoque mihi concedendum esse auguror, docentes juxta ac discientes, *illos*, quia scire talia, *hos*, quia saniora suppeditantibus assurgere oportet, vix mereri veniam, si post ferale certamen crambem hanc bis coctam recoquant, & velificari velint auditoribus in sinistram partem propendentibus, frigidamque fanaticis cupiant suffundere. Hoc est qui, *temere & malo animo*, dichotomiam planam, perspicuam, in Philosophia & Theologia fundatam, suggillando; sine omni necessitate, gratam Quackeris trichotomiam, (prolixis limitationibus, exculpationibusque egentem, antequam planus, commodus, sanusque sensus emergat,) substituunt, & in cælos evehunt. Incerta enim dubia, ambitiose excusanda, venditare, atque interea certa, clara, perspicua negligere, quid quæso aliud est, quam a via regia, in fenciosa devia & diverticula perplexa deflectere, aliosque seducere? Quod docendi genus, uti a meo abludit instituto, ita male consultum censeo.

III. Quinam in classem Fanaticorum referendi?

EX his, quæ fufius Cap. II. attuli, facile perfpicax Lector intelliget: *Quinam jure accensendi sint fanatici? Quinam in Dei sint, & subdole duas, aut malo sensu tres partes statuunt in homine? Puta illi, iiqve foli, qui Paracelfo, Weigelio, Bohemo. Barclajo, Poireto per omnia mente manuqve subscribunt. Illi, iiqve foli, qui prætextu & obtentu trium in homine partium, sanam Philosophiam cum sancta Theologia, dichotomiam probante, acriter impugnant, &, per hujus quæstionis latus, Articulum de peccato Originis negant, naturalem & omnibus conatam aptitudinem ad spiritualia adstruunt, contra Christum externum, verbum scriptum & Sacramenta insurgunt. Illi, iiqve foli, qui animam ex DEI substantia eductam contendunt, fundum quendam in anima, à peccato immunem, statuminant, inque illo, apud omnes naturaliter DEI esse locum, sedem, domicilium scholamqve Spiritus Sancti constituunt; asseverantes per recollectionem & introversionem ad hoc vitale principium esse reducendos qui convertendi; posseqve hominem sine verbo & Sacramentis pervenire ad salutem, manereqve illud semen etiam apud atrociter & ex proæresi peccantes. Hoc est, illi, iiqve foli, qui in sensu Pelagiano, Pucciano, Spinosifico, Embustasticoque digladiari volunt pro tribus partibus, Spiritu, anima & corpore.*

Fiat nunc applicatio: *Estne Divus Lutherus, doctus Melancthon, vel pius Arndius ex hoc capite in censum Quackerorum referendus? Ego sane puto neutiquam. Nec putabit id, quisquis sanæ est mentis. De Lutero ante omnes agendum in præsens. Nauci hominem & ineptissimum judico, quicumque ipsum insimulare voluerit, hac quoque in parte Fanaticismi. Operæ erit pretium ad imputationem fontes recurrere. hoc est, ad Tom. I. Altenb. p. 758 dabimusque locum illum planum & perspicuum; Suppono autem heic. (1.) Divinum Theologum Lutherum*

iberum aduersus monstra fanaticarum opinionum, dextre & strenue decertasse. An ergo hoc loco adstipulabitur fanaticis, quos passim nobilitavit verberibus? [2] *Ipsam loqui de distinctione ideali, non vero de reali, nedum essentiali: ita enim: Die Schrift theilet den Menschen in drey Theile / und ein jegliches dieser dreyer sammt den ganzen Menschen wird auch getheilet in zwey Stück. = = Die Natur hat drey Stück &c.* Non enim sequitur; ita ego divido conceptus meos, secundum *phrasin, moralia, & Physicen*, quos habeo de homine; Ergo homo in tot partes essentielles est resolvendus, quot ego mihi imaginor, vel alii. Vel; ita animo concipio hominem; Ergo ita actu ipso extra animum meum existit. Saltum enim facis à statu ideali ad statum realem; Non melius, qui sic loquitur, concludit, quam qui dicit: Ideas habeo de DEO triplices, *de iustitia, de misericordia, de sapientia*, Ergo ideatum, id est tria illa DEI attributa, differunt essentialiter, & alterum idioma separari potest ab altero. [3] Quamdiu Heros ille Lutherus recte sentit de peccato originario, *conversione, verbo, Sacramentis, seruo arbitrio*, tamdiu ipsum esse extra teli fanatici iactum. Verum est illud, ergo & hoc. Quis enim animo præsumat Megalandrum pauculis his, & primo allatis verbis, voluisse evertere cætera omnia, quæ postmodum sequuntur, & tanto cum Zelo inculcat?

His suppositis, eamus nunc ad *divisionem illam conceptuum*, quos homines de homine habent triplices! PRIMO hominem distinguit ratione *phrasæologia* in Bibliis receptæ V. T. Die Schrift theilet den Menschen in drey Theil. 1. Thesf. V, 23. SECUNDO hominem dividit *ratione Theologie*, præsertim *Moralis*, affirmans in omnibus illis, triplici nomine descriptis, partibus, hominis *renati*; duo esse, partim ad carnem, partim ad Spiritum referenda, id est, alias esse bonas & supernaturales dotes, alias malas & naturales. V. T. Und ein jeglicher dieser dreyer / sammt dem ganzen Menschen / wird auch getheilet auf ein ander Weise / in zwey Stück / die da heißen Geist und

E 2

Fleisch :

Fleisch: Additqve, non de mente & corpore, de substantia im-
materiali & materiali, heic esse fermonem, sed de *qualitatibus*
apud renatos inveniendis; puta de bonis, ex regeneratione, &
malis, ex generatione derivandis. Welche Theilung nicht
der Natur sondern der Eigenschaften ist. TUM, tertio loco
ad novam idearum nostrarum distinctionem descendit. Eam
puta, qvæ apud *Physicos & Medicos* est obvia. *Natura*, id est
Phyfica, de rebus naturæ agens, *tres habet*, statuitqve partes.
Spiritum [rationalem] *animam* [sensitivam] & *corpus* [organi-
cum,] totamque hanc trigam [idealem] posse esse bonam ma-
lamqve V.T. Die Natur hat 3. Stücke/ Geist/Seel/ Leib/
und mögen allesammt gut oder böse seyn/ das heist dem Geist
und Fleisch seyn: davon ist nicht zu reden ist. Ecce! Si D.
Lutherus *Spiritum Bohemisticum*, aut Barclaji, vel Pireti *fun-
dum animæ* credidisset, dixissetne, posse *omnes TRES partes bonas
esse malasque?* Fanaticis namqve *Spiritus ille divinius*, & *fundus
animæ* nequit esse malus!

Quarto tandem loco explicat Megalander, qvanam *Physi-
corum in Physica* sit recepta distinctio? Videlicet, eadem qvæ
nunc regnat apud Medicos experientissimos, qva inter *mentem*,
Spiritus animales, & *corpus organisatum* distingvunt. Ut vero ad
oculum hoc pateat, ecce singula sigillatim!

Primo affert partes. Memineris autem ex superioribus,
esse hanc *divisionem conceptus formalis*, non vero *objectivi*, uti
scholæ loqvuntur. Id est in qvas partes ideales homo, de ho-
mine cogitans, suos conceptus distingvat, & subdistingvat, ex qvo
non sequitur, qvò *divisim & separatim existant*, aut ipsa *Essentia* dif-
ferant. Uti liqvet ex *distinctione animæ in intellectum, voluntatem,*
affectus, qva id solum volumus, qvò *nostro concipiendi modo* diversæ
sint, non item qvò anima partibilis sit, vel composita ex parti-
bus.

Secundo, *qvanam sint & quot partes*, qvas imaginando
concepimus, exponit. *Tres esse* ait. Qvò vero *tres Essentiales
& Essentialiter discrepantes* voluerit afferre, id ne per somnium
qvidem

quidem cogitavit Megalander. Fanatici quidem isto sensu ipsum
 fingunt loqui; Similes lupo, quem in fabulis legimus, alpha-
 betario, qui nullam à Pædotriba consonam vel vocalem literam
 discere voluit, excepta Consona b. & Vocalia. quia ʒo bá bá,
 id est balatus ille ovium, semper personabat aures longeqve fu-
 it gratissimus. Est nostri quoties *tres voces* legunt de *tribus par-*
tibus clamitant; & quoties tres partes inveniunt, *partes essentia-*
les, toto genere distinctas & ab invicem separabiles, sese putant
 reperisse, quod ne pueri quidem in faba quæsierint aut in venerint.
 Hinc omnes illæ lacrymæ planctusque feralis! Sed ad rem.
Quanam in Lutheri, ex Physicis deprompta, idea hominis, est
prima pars? Resp. Est *Spiritus*. Quis vero ille Spiritus? Resp.
mens immortalis in se & ratione Essentie spectata, præcisim ab ope-
 ratione illa, quæ corpus animat, informat, actuat. *Quæ* vero
 in hac mente est *potentia ad res istas*, quæ ad spheram rerum *spi-*
ritualium pertinent, comprehendendos? Resp. Est *obedientialis*,
 non vero naturalis; & de illa, non vero de hac, loquitur D. Lu-
 therus. *Der edelste Theil sey geschickt / unbegreifliche / un-*
sichtige / ewige Dinge zu fassen / und sey kürzlich das Hauß / da
der Glaube und Gottes Wort innen wohnet. Metaphysici me
 intelligunt. Et ne desim cæteris, me cum Luthero, planius ex-
 plicabo. Est in mente *naturalis* quædam *aptitudo* ad cognoscen-
 dum objecta *sibi similia*, id est, incomprehensibilia, invisibilia,
 æterna; Similis mens ratiæ tabulæ, cui per Verbum & fidem DEI
 imago potest inscribi. Ut vero *salutariter apprehendat* hæc æter-
 na invisibiliaque, opus est *verbo & fide*, ex qua sequitur *Dei præ-*
sentia. Ad salutarem illam apprehensionem nullam Mens habet po-
 tentiam aliam, quam *obedientialem*, id est, qualis est *in aqua*, ut vinum
 inde subito fiat, *in mari & procella*, ut illicet halcyonia præstent;
in sole ut stet, *in cæco* ut visum, *in mortuo* ut vitam recipiat, si
 scilicet accesserit ad illa præpotentis Numinis imperium; & *su-*
pernaturalis efficacissimaque per verbum & sigilla, *gratia* fuerit
 collata huic menti. Ut adeo ea potentia obedientialis sit vero
 nomine *admirabilia* naturalis, sine morosa affectataque retinentia.

D. Lutherus de *potentia* & *remota aptitudine*, ad verbum, ad fidem, ad DEum intra se recipiendum loquitur. *Quod actu* in quolibet, sine verbo, fides & DEus habitet, non lego: hoc enim esset fanaticum. Et quis suspicetur, ab *Augustiniano*, & *Augustini γυνώσιω* discipulo, quem se fatis superque profitetur in libro de *seruo arbitrio*, eum subito in castra Pelagii transfusse. ut crederet. in mente superesse, ut ipsa nascendi origine, *facultatem* quandam *naturalem ad conversionem*, imo DEum in omnium visceribus habitare, sine verbo? Illud certe vel cogitare velle, esset longe absurdissimum. Imo hoc ipsum dogma *refellit verbis* immediate subjectis. Allegat enim Psalm. LI. II. *Cor mundum in me crea & innova Spiritum in visceribus*. Et postea Psalm. LXXIIX. 37. *Cor eorum non erat rectum cum eo, nec fideles fuerunt in fœdere ipsius*, V. T. Davou David sagt Psalm 51. *HEXX/mache, in meinem inwendigsten einen richtigen Geist/ das ist/ einen auffgerichteten starcken Glauben. Wiederumb von den Ungläubigen: Psalm 78. Ihr Herz war nicht richtig zu Gott/ und ihr G:ist war nicht im Glauben zu GOTT.* Ex quibus verbis sequentem in modum concludo: *Quod connotatum*, non opus est, ut creetur; *τὸ creare* enim, uti arguit *absentiam* mundi cordis, ita infert *productionem rei, ex nihilo sui*. Si in *intimis mentis visceribus*, ex nihilo, creandum est cor mundum, utique in corde, quod *versipelle & totum est supplantatorium* Jer. 17. non datur *fundus* aliquis bonus. Et si amisit David spiritum bonum; falsum est, quod Spiritus ille fanaticorum queat intelligi, quippe ne per mortifera quidem peccata amittendus.

Remoto nunc ab ore capistro loquantur Fanatici: Posuntne vel hilum ex Spiritu illo Lutheri elicere, quod ipforum erroribus velificetur?

¶ Liceat jam, saltu quasi facto, quærere: *Quanam est tertia pars in idea physicorum de homine?* Resp. *Corpus esse ait q̄d̄ ille vir cum membris*, id est organifatum, *cujus munus sit ea exercere & exequi, qua per sensus cognoscit anima, & qua sine sensibus exercernis*

ternis credit Mens vel Spiritus. V. T. Das dritte ist der Leib mit seinen Gliedern / welches Werk sind nur Übungen und Brauch / nachdem die Seele erkennet / und der Geist glaubet. Bene. Medium heic consulat L. B. & audiet: Quid hoc aliud est, quam corpus, quod nos nuncupamus, *organifatum*? Pro eo enim ac *mens* credit, sive vera sint sive falsa, pro eo ac *anima sensitiva* cognoscit, rem quampiam gratam, jucundam, amœnam, aut tristem, duram, difficilem esse, pro eo mens animæ, anima corpori *executionem* imperat, statque hoc corpus organifatum ad nutum paratissimum, illicet manum extendit, pedem movet, palpebras diducit, aures arrigit, linguam versat. Nul-lumque est membrum, quod non ad nutum mentis & animæ morem gerat, excepto forte illo, quod fœdæ sedes est libidinis, & nolentibus reluctatur piis, impiosque subinde destituit.

Ubi ab extremis ad extremum transsum fecimus, *de parte inter-media*, ex Physicorum mente, à Luthero relata restat quæstio: Ecquid *per sanam rationem*, quam velint nolint fartam testamque relinquent Novatores? Ecquid per *Scripturarum* oracula nunc restat? Erectam & masculam rationem nemo negaverit Luthero, ipsumque Biblia, non solum, immortalis quodam beneficio, nobis vernaculo idiomate loquentia restituisse, sed & explicuisse dextre, iidem est in confesso! *Animam* ergo afferens inter mentem & organifatam corpus mediam, nihil sine ratione, nihil per hæresin dixit. Mea facio omnia illa, quæ de anima affert, & Theologiæ & Philosophiæ optime congruere testor. Obloqvatur cuiquam placuerit; polliceorque me omnibus hinc motis, aut movendis dubiis, & velle & posse respondere; dummodo res mihi non fuerit cum larvis, puta personatis Empæctis, & lucem fugientibus tenebrionibus, qui tecto malo suo nomine bonæ causæ pericula moliantur.

Sic vero Divus Lutherus; Mediam hanc partem, ANI-MAM, contendit esse *eundem Essentia Spiritum*, consideratum in diversa functione, scilicet *quatenus corpus animæ*, eaque pro-
pter

pter sapius in Scriptura VITAM vocari: V. T. Die Seel ist eben derselbe Geist / nach der Natur / aber doch in einem andern Werck; nemlich in dem / daß er den Leib lebendig machet / und durch ihn würeket; und wird oft in der Schrift für das Leben genommen: Habes heic *Essentiam animæ*; quod cum mente sit eadem! Habes & hoc, quod *inseparabilis* sit, nec *à vobis a)* ☉, quin quod operatio tantum sit, quæ sine causa sua nequit subsistere. Habes & illud, quod operationes ejus sint *vitales, animales*, in vivificato corpore; quæ tria deinceps latius exequitur.

Et ut mentem hanc Luthero *perpetuam constantemque* fuisse evincam, provoco ad id, quod inter *postremas lucubraciones* Magni Herois referendum *Cap. IX. Gen. v. 5. Tom. Altenb. IV p. 66. & Tom. IX. p. 234.* exstat. Ubi, τὸ *ἄνθρωπος*, ait notare *vitam animale*m; corpus enim inanime lapidi & trunco esse simile; mente vero accedente, *succos & humores* omnes agi in circulum. *ἄνθρωπος* heißt eigentlich das leibliche und natürliche Leben. Denn Fleisch / oder der Leib an sich selbst / ohn die Seele / ist nichts anders / denn ein Klog oder Stein / wenn es aber von der Seele lebendig und geregt wird / so wird bewegt die Feuchtigkeit und alles / was ein Thier ist &c. Porro dolet penuriam vocum Teutonicarum; Nostro enim idiomate *animam* dici, quam debemus *Spiritum* vocare, *mentem* puta, *alteram hominis partem* à corpore separabilem; cum tamen Ebrais sit nil aliud quam vita corporis organifati; quæ se per pentada sensuum externorum prodat. Die Seele / das ist das Leben. Ich wolte gerne / daß wir ein solch Wort in unser Sprache hätten / damit wir das Ebraische Wort *Nephes* könnten recht geben. Wenn wir nach unser Sprache die Seele nennen / so nennen wir das ander Theil des Menschen / das da abscheidet vom Leib / das heißet die Schrift gemeiniglich den Geist. Denn die Ebraische Sprache ist viel reicher / denn wir in unser Sprach. Aber Seele heißen sie das leibliche Leben / das wir

wir führen natürlich nach den fünff Sinnen! Also wird es
 gemeinlich gebraucht in der Schrift &c. Ex hac declara-
 tione, longo post tempore scripta, lucem fœnerari decet huic
 textui. Est ergo anima hoc loco nihil aliud qv̄am *vita sensitiva*,
 & *circulatio humorum*, motusqve spirituum animalium, per qvos
 mens nostra corpus animat: per qvos, qv̄a extus sunt, percipit,
 & anima hæc sine mente vivere neqvit. Sic enim Lutherus:
 Der Geist mag wohl ohn dem Leib leben / aber der Leib le-
 bet nicht ohn dem Geist. Addit: *Phantasiam ad hanc sensiti-
 vam animam pertinere*, vel per somnum ludibria, idola, phan-
 tasmata cerebro impressa, huc illuc versantem volventemqve;
 qv̄a cum per *imagines* sua concipiat, (non per *ideas mentales*, qvas
species intelligibiles Lutheri ætate, secundum Aristotelem, dixere)
 neqveat capere & complecti incomprehensibilia, spiritualia, æ-
 terna, ab omni materia abstracta, sed tantum ea, qv̄a ratio-
 ni nostræ per sensus externos innotescunt, & secundum suas
 dimensiones assequitur. Dis Stücke sehen wir / wie es auch
 im Schlaf und ohn Unterlaß lebet und wireket / und ist sei-
 ne Art / nicht die unbegreifliche Dinge zu fassen / sondern
 was die Vernunft erkennen und ermessen kan. Non autem
 dicit. qv̄od anima sensitiva sit *rationalis*, aut qv̄od omnia attingat,
 qv̄a ratio potest assequi, sed qv̄od illa, qv̄a per sensum cognos-
 sci possunt & secundum suas *dimensiones*, per sensum commu-
 nem & phantasiam ad rationem deferuntur, sint *proprium Objectum*,
 circa qv̄od occupata est animæ sensitivæ phantasia; Uti quidem
 bruta ipsa sensibus & imaginativa facultate prædita, aliquid per-
 sentiscunt de rebus materialibus, sæpeqve somniant, turbatis
 idolis & imaginibus cerebri, per tumultum spirituum animalium.
 Pergit tum comparando, ubi solemus *phantasiam camere* con-
 ferre totam *animam sensitivam domui*, sed *senebricose*, in cujus me-
 dio luceat *lampas rationis*, omnia spectra cerebri illuminans, di-
 scernens, perlustrans, ordinans; Perinde enim ac *cæca voluntas*
 prævio lumine intellectus eget, ita *anima sensitiva* à ratione est
 illustranda, ratio vero *sublimiori lumine fidei* opus habet, cum sib
 F relictæ

relicta non possit non errare, idque ideo, quia res divina, corporis, animæ sensitivæ, imo & rationis, (quæ in mente, Spiritu illo immateriali residet,) excedunt captum sphaeramque. Und ist die Vernunft (vis illa mentis, se per animam sensitivam diffundens) hie das Licht in diesem Hause. Und wo der Geist (mens immaterialis, ratione Essentiæ spectata) nicht mit dem Glauben / als mit einem höhern Licht / erleuchtet / dis Licht der Vernunft regieret / so mag sie nimmer ohn Irrthum seyn. (*Sensuum & sensitiva anima judicio statet homo, brutorum more rueret in omnia illa, quæ prima specie pulchra videntur, & uti pisces, escam solam, non vero subtus latentem hamum, videntes, caperentur. Si rationis solius arbitrio regeremur, utique reflecteret quidem homo ad tentos dolos, quos struit mundus; At, nisi ratio ipsa lumine verbi, fidei & Spiritus sancti regeretur, sua in divinis cœcitate, satanæ vafritie, & cæstro semper titillantis, & stimulis ad scelus agentis, carnis pessum iret.*) Denn sie (die Vernunft) ist zu geringe in Göttlichen Dingen zu handeln. Et ne offendiculum capias ex sequentibus! Diesen zweyen Stücken eignet die Schrift viel Dings / als Sapientiam und Scientiam. Die Weißheit dem Geist / die Erkenntniß der Seelen / darnach auch Haß / Liebe / Lust / Greuel und dergleichen. Audin. *Sapientia, quæ est sublimis & reflexa, practica scientia menti competit. Anima vero sensitivæ, scientia, sed directa tantum, quatenus objectum amabile, vel odiosum agnoscit, & ex obtutu illo vel voluptatem vel horrorem concipit. Quare dic sodes; Annon Lutherus de anima parte inter Spiritum & corpus media, agens, hoc tantum egit, ut sensitivam anime facultatem dominium in spiritus animales exercentem, depingeret? Annon hanc animam rationem inferiorem? & rationem mentemque fide cassam, & ad divina dijudicanda profus inepiam facit? Affirmabis mecum. Sed hoc fudes est in oculis Fanaticorum, Ergo ab ipsorum non stat partibus.*

Quæ deinceps sequuntur in Luthero, partim parabolica sunt, partim plana, & rectissime se habent.

Nam

Nam quod de atrio sancto, & Sanctissimo adjicitur, id Pa-
 rabolicum est, non argumentativum, & aut ex antecedentibus te-
 ste explicandum, aut potius est transitus ad dictum Pauli 1. Thesf.
 V. 23. describiturque heic homo, non quilibet natorum, sed re-
 natus & sui nominis Christianus. In derselbigen Figur ist ein
 Christen-Mensch abgemahlet. Quia vero tenebrae in sanctissimo
 templi, lux in sancto, & plena dies in atrio fuit, ideo in MENTE
 fidem, sine sensu fidei, in mediis tentationibus, sine sensibili sola-
 mine DEum inhabitantem sibi que praesentem habentem collo-
 cat: In ANIMA septuplex sensibile & solatissimum lumen charisma-
 tum sacrorum, & quod atinet externa, rerum corporearum visibi-
 liumque cognitionem insignem discriminativamque: In corpo-
 re vero organifato actus externos modumque vivendi in oculo-
 bus incurrentem, reponit. In derselbigen Figur ist ein Chri-
 sten-Mensch abgemahlet. Sein Geist ist Sanctum Sanctorum,
 Gottes Wohnung/ im finstern Glauben ohne Licht. Denn
 er glaubt / das er nicht siehet [per rationem] noch fühlet
 [per sensum reflexum] noch begreiffet [per imagines phanta-
 siae.] Seine Seel ist Sanctum, da sind sieben Licht / das ist als
 lerley Verstand / [notitia & cognitio directa] Unterscheid wis-
 sen und Erkänntniß der leiblichen / sichtslichen Dingen.
 Sein Körper ist Atrium, der ist jedermann offenbahr / das man
 sehen kan / was er thut / und wie er lebt. Ex quibus omnibus
 nil minus poteris colligere quam id, quod volunt fanatici. Sci-
 licet tres etiam apud irreginitos esse partes essentialiter diversas.
 Quis enim demonstraverit mihi apodictice, templum Hieroso-
 lymitanum typum praecise fuisse cujuslibet hominis, secundum
 essentialia suas partes considerati? Aut ubi id probavit, docu-
 erit, quod essentialia discrimen inter Sanctissimum & Sanctum, inter
 Sanctum & atrium templi fuerit? Eoque probato, adstruxerit,
 atrium esse partem essentialiam illius aedis, in qua DEus habitat?
 Tabernaculum enim atrium haud habuit, saltem, non illud
 gentium. Et tamen in tabernaculo aequo habitavit DEus ac in
 templo! Et si huic templo pertinaciter insistere placet, cur non

ais quatuor esse, & templi & hominis, partes? Scilicet, *Sanctissimum, Sanctum, atrium Judaeorum, atrium gentium*? Aut, addito porticu Salomonis, *quinque partes* comminiferis? Aut quia corpus nostrum templum audit Spiritus S. I. Cor. VI, cur non *tres essentialiales quoque corporis machinarias partes*? Vides itaque, quam lubricum & paradoxon sit argumentandi illud genus parabolicum?

Bonam nunc mentem ingenui lectoris testem appello. Potestne quisquam, ulla veri specie, ex hoc loco Lutheri, elicere *tres partes essentialiter distinctas*? Quantum quidem ego video. Refert relata, & aliorum potius, quam suam mentem, & ordinat ideas conceptusque de homine varios; De statu ideali & conceptu formali, non vero de reali & objectivo loquitur. Et summa est discursus: Trifariam dividitur homo: Ratione *phrasologiae* Biblicae primo. Tum ratione *Theologiae moralis*, quae carnem habet & Spiritum, Tertio ratione *Physices* in Mentem, Spiritus animales, & corpus. Nulla ergo prorsus ratione fanaticorum heic egit causam. Vis plura? Ecce *definitionem hominis Theologicam*, sed exosam Quackeris. Evolve Tom. IX. p. 227. *Esse animal rationale, sed pessimi cordis.* So du nun den Menschen recht wilt definiren / so nim die definition und Beschreibung aus dem Text. Gen. 8. und sprich: daß ein Mensch sey ein vernunfftig Thier / mit Vernunfft begabet / und habe ein Herz / das tichten könne. Was tichtet es aber? Moses antwortet: Es tichtet böses / nemlich wider Gott / oder Gottes Gebot / und die Menschen. Also giebt die Heil. Schrift den Menschen eine Vernunfft / die nicht müßig sey / sondern immerdar etwas tichtet. Dasselbe Gericht aber nennet sie böse und gottlos; Dagegen nennen es die Philosophi gut / die Sophisten nennen es unverruckte und vollkommene natürliche Kräfte &c.

Dichotomiam vero Essentialem inculcat Tom. IX. p. 53. daß also der Mensch von zweyen Naturen zusammen gesetzt ist / eine / die er mit den andern Thieren gemein hat / die andere / die da
Englisch

Englisch ist. Ubi nunc tertia natura vel Essentia? Nisi in cerebello fanatico? Imo totum hominem dividi in duas partes, & quia utraqve corrupta est, totum corruptum esse affirmat. Tom. VI, p. 1311. Darauf antworthe ich / daß der Mensch in zwey Theil getheilet wird / in Geist und Fleisch. So viel nun den ganzen Menschen belanget / bleibet noch Sünde in uns / oder wie es Paulus nennet / Befleckung des Fleisches und des Geistes. Des Geistes Befleckungen aber sind / zweiffeln an der Gnade Gottes / kein recht vollkommener Verstand und Erkänntniß des Willen Gottes. Des Fleisches Befleckung aber sind diese / Ehebruch / böse Lüste / Diebstahl / Mord / Zorn / ic. Jene werden gestärckt durch Resereren / diese durch Ergerniß der Welt / dadurch beyde Geist und Leib verunreiniget werden.

Ad Philippi Melancthonis, optimi sua ætate Philosophi; verba, nolim provocare quoniam. Scribit ille quidem: *Sicut ad Thessalonicenses tres hominis partes fecit Paulus, corpus, animam, spiritum; ita heic duos homines facit, vel duo corpora, Naturale & Spirituale.* Propria enim cæderent vineta extranei hoc afferendo. Concluderem namque ex allatis: Duo homines Paulini non differunt essentia ipsa; nec naturale & spirituale corpus substantia est diversum; Ergo nec Spiritus, anima, corpus! Atque sic esset res Fanaticorum conclamata!

De Arndio hoc afferam solum, quod apud Spenerum legere est in Homiliis Lib. III, p. 219. Wann Arnd hiebey mercket: Die Seele hält über (præter) die natürliche (objective, quatenus circa res naturales versatur) Kräfte / so dem Leibe das Leben und Bewegung geben / ein verborgenes / innerliches / bloßes / lauterer Wesen / welches mit der Zeit und mit der Welt (mundo aspectibili) nichts zu thun hat / da (apud regenitos) der Sitz und die Stadt Gottes seyn / abgeschieden von allen äußerlichen

Sancti-
at, addito
quia cor-
on tres es-
ye, quam
nus para-

ello. Pot-
eri, elicere
go videor.
a, & ordi-
u ideali &
yitur. Et
atione phra-
is, quæ car-

tem Spi-
one fanati-
em hominis

IX, p. 227.
den Mens

Beschreib-
sey ein vers-
Herg; das
Es sich

und die
eine Vers-
as tichtet.

oh; Da-
sten nen-
je Kräfte

r, p. 53. daß
geseet ist
dare die da
Englisch

lichen irdischen Dingen / da der Heil. Geist seine Gaben würcke und dieselbe ausdrücke in den Kräften der Seelen / in Weisheit / Verstand / Sprachen und Erkenntniß. So werden ihm solche seine Worte sehr mißdeutet / ob lehrete er damit / daß auch nach dem Fall in dem Menschen noch ein verborgenes Licht und Lauterkeit übrig sey / dahin die Verderbniß nicht reiche / und daraus / nicht aber aus dem gepredigten Worte / alles gute entspringe. Welches aber seiner ganzen Lehr entgegen ist / in der er ja die menschliche Verderbniß wohl so groß machet / als die Schrift thut / oder einiger Theologus sie beschreiben kan / daher ihm mit solcher Auflage unrecht geschiehet. Confer & Varenium in Apologia. Tandem dicta sint hæc ab Arndio paulo securus, ante litis contestationem, non præviderit animo contestaria, quæ sectarii hinc cupiunt efferre. Ex sensu ferendum est iudicium, quem alibi affert, satis orthodoxum. Fac tandem eundem hæc verba per *αδιαλλαξίαν* sua fecisse, uti IV. Liberum suo adjecit, hominis id fuisset; Nonne homines, qui se in optimis quoque operibus suis aliquid humani pati sentiunt, (quorum scripta hoc criterio à divinis discrepant, quod *illa* errori leviculo obnoxia, hæc ab omni vacent) oportet ignoscere homini piissimo? Satis pro optimo Luthero, bonisque cæteris! Sequitur,

IV. Commoda & accurata Dictorum, quæ obijci solent, expositio.

CUm vero piis quibusdam mentibus aqua hæreat circa dicta *Esa. XXVI, 9. Luc. I, 46. 1. Cor. XIV, 14. 1. Thess. V, 23. Ebr. IV, 12. 23.* auxiliares manus afferemus; singula pro virili, secundum sacræ Hermenevticæ & Theologiæ leges explicaturi, quo videamus commode illa, non vocata in subsidium Trichotomia
fana-

fanatica, posse intelligi & exponi, ut non opus sit totam & Philosophiam & Theologiam reformare. Cumq; ex his dictis infalibiliter nequeant probare suam Trichotomiam Fanatici, eos nihil plane egisse omnia agendo.

Audiamus Esaiam primo loco Cap XXVI 9. *Anima, ait, mea desideravit in te nocte, etiam spiritu meo, in interiori meo. quæram te mane.* An ergo tres dantur hominis partes? Duas ego tantum lego, *Animam & Spiritum*: An de irrogenito loquitur? Nego: Renatorum est, noctu diuque DEum desiderare & quærare! Quid si dixerò, *animam & spiritum*, subiecta quippe, non magis differre quam prædicata: *desiderare & quærare Deum*, quæ unum idemq; dubio procul sunt? Quin cum ἰὸ ψπ̄ sit πολὺσημον, modo animam rationalem, modo sensitivam, modo vitam, modo cadaver notans. Et pariter τὸ ἡ̄̄̄ diversimode accipiatur. Nonne demonstrare oportet fanaticum? 1. quod *anima*, primo loco posita, sit præcise illa rationalis? Et 2. *spiritum*, qui secundo loco affertur, esse substantiam longe superiorem divinioremque mente rationali? Porro 3. Spiritum illum ab animo, uti *nomine*, ita ipsa quoque *essentia* distingui. Et tandem 4. an anima *noctu* quoque, & spiritus *tantum mane*, aurora exorta, quasi evigilans, suas functiones peragat? Heic rhodus est! Heic rerum suarum quod desultores illi satagant, invenient. Epinicion canit Esaias, sacer Propheta & Poëta. Si in carmine suo idem nomen bis repetisset, Rhetor eloquentissimus, nauseam tibi movisset. Nunc, ubi varietate vocum, elegantia causa, utitur, ex discrimine nominali, reale quoddam vis comminisci. Adeo nunquam stupori hominum Numinis sapientia satisfacit.

Placet jam tibi *piam crisin circa vocabula* adhibere, & accuratius atque pressius singulis verbis insistere? En! ita cenfeo. Τὸ ψπ̄ quoties τὸ ἡ̄̄̄ è diametro opponitur, proprie notat *animam*, quæ nobis cum brutis est communis, quam *sensitivam*, vitalem, vitam ipsam vocare solemus, quæ *noctu* quoque, per amœnos *Insus in phantasia* exhibet, & apud Ebræos Græcosque

que ab *halitu*, seu *respiratione*, nomen indepta, atque in somno profundissimo, per ronchos, suam prodit presentiam. Sive tum eam ad corpus referas, vocando *spiritus animales*, sive ad mentem, per metonymiam efficientis pro effectu! Exemplo res patebit. Jonas Cap. IV, v. 8. *peccavit anima sua [שפח] mori*. Loquitur autem de illa anima, [vel animali spiritu] *qua*, exsiccato per eorum & solares radios cerebro, *deliquium pati potest*, imo & *mori*. Quod immortalis menti evenire posse nunquam credidit Propheta. Et cum LXX. Interpretes, heic, & ubivis fere, τὸ שפח interpretentur ψυχῆν; Et horum verba phrasisque, in pervulgata apud Hellenistas versione lectas, subinde Christus, per συναρτάθειαι, & Apostoli, Christi exemplo retineant; Quid mirum in scriptis Novi foederis per ψυχῆν intelligi *naturalia & intima desideria post unitam cum corpore mentem* sive emanent ex mente in corpus sive ex corpore redundent in mentem? Aut per τὸ נפש quod נפש LXX. πνεύμα dicitur, ipsam *mentem*, quæ corpus animat, quæ ad affectus corpus incitat, & ab eodem incitatur, designari? Dedero & hoc: [נקרבו] quod spiritus ille quærat *in interiori suo*; id est quod manens intra spheram spiritualis essentia, non egrediendo extra se, id est non exerendo vim suam in corpus, quandoque cogitet quandoque desideret, per pure mentalia fuspiria & abstractas cogitationes, de DEO, in intimis mentis penetralibus, per noviter collatam gratiam habitante.

Quid tandem? Hoc solum habebis. *Aut*, quod *Spiritus* fit idem ac *intellectus*; *anima* idem quod *voluntas*; & *interiora* mentis idem quod *affectus*, qui in mente quoque locum habent. *Aut*: quod homo *mentem, animam sensitivam in intimo corporis* habeat? Non improbo quidem *priorem sententiam de intellectu*, voluntate & inivimis affectibus mentalibus. Possemus enim sic exponere: *Noctu intellectus* meus, occupatur circa DEum, & *mane voluntas affectuque intimi majori in DEum impetu feruntur!* Item: sive *nox calamitatum* ingruat, sive *mane sit* & affulgeat amica aurora gratia, rosque sensilis Spiritus Sancti descendat, perinde mens pia

pia DEum desiderabit & quæret. Interim præfero alteram sen-
 tentiam de sensitiva anima & spiritu rationali; illa enim in superfi-
 cie quasi cerebri per phantasmata lufitat: Hic in interioribus resi-
 det partibus; [quicquid fit, quod de conario, aut corde hari-
 olantur Philosophi.] Ut sensus emergat: Non solum interdum,
 mane præsertim, [cum spiritus sunt alacriores, & pia mens, per
 serium propositum fœdus gratiæ renovat] spiritu, hoc est mente
 mea immortalis intime desidero DEum. Sed noctu quoque ani-
 ma mea sensitiva, quæ per vim imaginativam, qua excellit, o-
 mnia quæ sensu voluntur vota diurno, [imprimis ultima illa
 sanctaque meletemata, quibus, corpore composito, indormire
 solemus,] per amicam reddit quietem hæc, inquam, quoque
 noctu DEum desiderat. Ut adeo vigilans coram DEO ambulem,
 & somnians quoque eidem adhæream. Sentient utique animæ
 DEO devotæ, & quæ in stadio pietatis insignes fecere progres-
 sus, non solum interdum, per renovationis gratiam indies cogi-
 tationes affectusque suos reddi puriores sanctioresque, sed ipsa
 quoque phantasmata & spectra cerebelli, quæ anima sensitiva,
 noctescente cælo, versare & volvere amat, minus cum DEO & die
 habere impuritatam; ita ut sensim sine sensu quasi, somnia quæ
 somniamus minus turpitudinis, illecebrarumque habeant. Et
 quamvis non negem, permissu Numinis sanctissimo, satanam
 quandoque zizania noctu spargere, temperie hominis abuti, imo
 larvis quibusdam territare pios; deprehendent tamen titillatio-
 nem infringi, majori cum lucta se resistere peccatis idealibus, &
 animosius repellere larvas illas mali genii; Sanctamque putò
 esse oneirocriticem, si quis ex insomniis, velut speculo, de præ-
 senti Christianismi sui facie sine fuco & purpuriffa exhibita, fo-
 brie judicet; improboque qui per hæc ludibria phantasiæ, velut
 per telescopium, res futuras & fata imminencia nimia curiositate
 speculantur.

Ex supra dictis lucem aliquam afferemus Exordio Cantici
 Mariani, ita se habenti: Luc. I, 46, 47. *Magnificat anima mea
 Dominum, & exultavit spiritus meus in DEO Servatore meo.* An
 vero, quia in primo hoc hymno Novi Test. Stylo Prophetico

G

con-

concinatō, eadem res *πολυωνύμως* explicatur; id est, quia duo extant vocabula, *ψυχὴ* & *πνεῦμα*, *duæ* quoque *partes*, eæque *essentiales* adstruuntur? Pernego: Cum insolens neutiq̄am sit, ut, declarationis ergo, una eademque Essentia gemino insigniatur nomine. Subolet id Augustino. *Unum*, inquit, *idemque Spiritus ad se ipsum dicitur Spiritus, & ad corpus anima. Anima, in quantum est vita corporis; Spiritus vero in quantum est substantia spiritualis.* Absit enim credas, quoties spiritus animæ conjungitur, aut animæ nominatenus opponitur. statim asseri, quod *tertiam* quædam in homine sit *substantia*. Cætera, *duas* quidem heic *voces* lego; & quod spiritu & anima prædita fuerit Maria nullus dubito. Ast quod Deiparæ *spiritus ab anima* substantia-liter & essentialiter *differat*, id quidem mihi haud liquet, & cum heic non extet, aliunde demonstrandum est evidentius. Addo & hoc: *Qualia sunt subiecta, talia & Prædicata; & vice versa, qualia Prædicata, talia & subiecta.* Atqui Prædicata essentia non differunt, sed eadem sunt. Ergo eadem quoque subiecta, non vero diversa essentialiter. *Dominus & Servator; illum magnificare in hoc exultare; unum sunt idemque. Quare ergo animam & spiritum toto vis differre genere, quæ illa & hic unum idemque conjiciant. Ejuodem, circa idem objectum occupata, actionis principium idem est!* Idem possunt, anima & spiritus, cur ergo longe diversissima hæc esse principia fingis? De *Spiritu* quodam *astrali* aut *sidereo*, qui *Servatorem* habeat, in quo Maria *exultare* queat, & *anima*, quæ DEum elogiis efferat, *major* sublimiorque sit, *ne γερὺ* quidem invenio, ipsumque commentum est longe absurdissimum. Et tantundem deprehendes, de *aure divina* quadam *particula*, aut male fundato *mentis fundo*.

Vis negare, quod hoc loco spiritus & anima per omnia sint unum idemque; Vis *scrupulosius agere*? Ecce tibi inter hanc & illum discrimen aliquod, sed neutiq̄am fanaticum! Voca, cum Maldonato, *ψυχὴν*, illud naturale connatumque vivendi principium, *secundum quod homo, qua homo vivit.* Et *πνεῦμα* dic esse illud supernaturale principium[qualitates dotesque Spiritus sancti,

sancti, ex regeneratione ortas, intelligo] *cujus beneficio homo secundum Deum vivat.* Atque sic animadvertes incassum te laborare, pugnando pro partibus duabus *essentialibus.* Aut, [quia res non procedit, nec permittit id adjectum pronomen *meus,* ipsaque lex distinguendi. *Anima enim jure vocatur nostra, beneficio creationis, & est substantia. Spiritus autem, DEI beneficio commodatus in regeneratione, qualitatis tantum est, nec noster ex asse,* indeque in peculii nostri censum, eo jure, quo anima, redigi haud potest;] Dicito, cum insigni Philologo H. Majo in Monotessaro suo, Deiparam, præcentricem Novi Testi, in suo celestinate magnificare DEum *omnibus anime sue viribus,* cum intellectu agnoscat fontem hunc omnis boni, voluntate amet tenerrime, omnesque affectus in laudes DEI impendat. *Causamque subscire virginem beatissimam, per ἀσιολογίαν,* dicendo quasi, *se non posse aliter quam sic agere,* spiritu quippe suo dulci beneficiorum divinatorum & spiritualium gustu temperare affecto. Ita enim evanescet objectiuncula illa, quasi *idem bis fuerit dictum,* quod in stylo Scripturæ Asiatico, & ob difficultatem rerum necessario, tota die observabis. Et, si neque hæc critica expositio subtilitati tuæ arrideat; Dic cum Scholasticis, ψυχὴν notare partem illam animæ *inferiorem,* πνεῦμα vero *superiorem,* & refer cum Origene, τὸ μαγαλύνειν ad intellectum, & τὸ ἀγαλλιάζειν ad affectus subsequentes. Ita non opus erit temere augere *numerum animarum.* Potentia enim superiori includit inferiorem, differtque illa ab hac non aliter, quam duo trigona à quadrato, cui inexistunt; puta *nostro tantum concipiendi modo,* & manebit tum, uti unus in macrocosmo sol, ita una mens in microcosmo.

Vis tandem & meum, tenue licet, interponam judicium? Sic ego, [*siquidem crisis aliqua pia veraque adhuc sit necessaria, nihilque antea dictorum videatur tibi satisfacere,*] procederem. Opponas, licet, *diagonaliter* animam spiritui; Erit tum *hic* immaterialis, illa vero sensitiva & spiritibus naturalibus annumeranda, & ut subtilior pars, à crassiori distingvetur corpore. *Hic* exultabit, illa concelebrabit DEum Servatoremque. Sane nihil

nihil est aut pulchrius aut amœnius in piis hominibus *sancta illa harmonia* conspirantium in DEI laudes, *corporis, anime, mentis!* Gaudet quandoque helluo impius, dum crapulæ indulget, sed gaudet *solo corpore* ad perbreve tempus, quo viget insania. Gaudet sanguineus aliquis pullus veneris ob bonam sanguinis temperiem, sed *corpore solo & anima* sensitiva affectibusque. Similis bruto pecori, quod lascivire solet, quamdiu compacta integraque gaudet valetudine, & succiplenum est corpusculum. Verum, neque helluo, neque juveniliter subsultans sanguineus homuncio, *in Domino, in Servatore suo* gaudet. Ille enim proterve leges *Domini* proculcat; hic *salutis suæ* immemor, blande genium fovet & suavi temperie sanguinis est contentus. Piorum contra est; *Foris* magnifice, & sonora voce quandoque etiam *lato carmine* gloriam Domini deprædicare, *intus* autem, in sinu quasi, *gaudere* ob divina Servatoris beneficia, quæ mente comprehendimus. O! si ex utroque semper essemus Cæsares! O si menti corpus corpori mens ex arte responderet! Ast ea est temporum nostrorum, quamdiu in corpore hoc mortis degimus, injuria, ut raro admodum, toti, qua corpus qua mentem, gaudeamus. Rarènter admodum summo illo sensu sanctæ voluptatis diu aut *conjunctim* aut *æque* fruamur. *Gaudet* subinde mens, ast corpore subtristi & male affecto; quod animadvertere est apud ægros & moribundos. *Gaudet* quandoque *corpus*, spirituum animalium integritate & copia turgescens, ast mente tentationi subjectæ, turbatæque incidit recurrens sauciata conscientia memoria, & , recrudescente intercutaneo ulcere, dulce illud gaudium mentis temeratur, flaccescitque sensim vis vigorque corporis. *Sincera* enim raro, *simultanea* rarius, *perpetua* nunquam in his terris sunt gaudia nostra, eaque unice festari, ambitiosius poscere. aut captare nimium, nostrum non est. Audias nonnullos piorum qui ritantes, de decremento suo in pietatis negotio, inque eam cogitationem delabi, ut vereantur, ne Spiritum illum solatii, precum, gaudii penitus excusserint de pectore. Ast si in causam inquiseris, deprehendes, eos *de sensu* eoq; *ex corpore repersusso*, ang. Bene affecto hoc corpusculo, magnificis, & fa-

& facundis verbis orare, fuffus perorare, ardentius defiderare, & effufius gaudere potuerunt. Detumefcente autem illo fangvini melancholici fermento, torporem fentiunt, & acediam. Interim æque, nifi omnino purius mente fua Deo ferviunt, tempore illo ariditatis. Detrahimus à cultu, qui potiffimum fpiritu menteq; fieri debet, tumultum illum effervelcentis & repercuentis fangvini, eumqve non imputemus adeo Deo tum inveniemus nihil decefiffè pietati, aut modicum ad modum,

Me nunc interpellabis: Quorfum hæc? Non Exegetæ illud, fed Homiletæ! Iftuc benigne Lector! Ut evincam divam Mariam utroque dono, geminoque gavifam fuiſſe gaudio. Non folum corpore, fed mente quoque exultavit. Juvençula cum eſſet, optimæ valetudinis, tam lato nuntio, percepto, facile potuit igneſcere, ut ore fuo, pioque carmine, magnalia DEI ebucinarèt. quod *magnificare* eſt Scripturæ! Senſit præterea *mentem* corpori non folum ex aſſe reſpondere, fed *gaudere impenſus*, tantoque magis, quanto majus, & quanto fuavius eſt *Servatoris* & *noſtri* Servatoris nomen, nudo illo titulo *uxoris*. Tulit ergo Maria omne punctum, illo temporis puncto, duplici beata nomine, quod per gratiſſimam ſanctiſſimamque animæ rationalis & ſenſitivæ, mentis & corporis *συζωγίαν* & conſpirationem, gaviſa effuſiſſime. Quod ipſum univerſo orbi ſcripto indicavit Flamen ſanctiſſimum!

Ne quid eorum, quæ adverſarii objectare amant, ſtudio intactum dicar reliquiſſe, audiamus & Paulum 1 Cor. XIV, 14, *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, at mens mea fructu vacat!* Plane heic nil ſeritur aut metitur Fanatico. Non dicit Paulus: Quod in Oratore ſpiritus & mens differant *essentialiter*; aut quod ipſius *ſpiritus orare queat, mente & fructu & intellectu precum carente*. Non enim *θεοπροψία* eſt ſimilis oraculis Pythoniſæ. quæ muliercula effutire ſolet. ignara dictorum; nec omni fructu caret donum lingvarum, quo *dicens ſemet adificat*, v. 4.

Ad ſcopum ergo attende dictorum. Loquitur de dono *lingvarum* Pentecoſtali & extraordinario, quod, uti pauciſſimorum

est hominum, nec in Quackeros cadit, ita Doctoribus Corinthiacis adeo non invidit Apostolus, ut gratuletur. Cum veronimii aestimatores essent linguarum auditores, & ambitiosi quidam doctores immodestius hoc dono uterentur, in cœtibus sacris, [exemplo Judæorum, Ebræa sine interprete in Synagogis legentium,] ad exoticarum linguarum ignaram plebem, peregrino idiomate verba facientes, neglecta Prophetia, id est exegefi dubiorum difficiliumque locorum Vet. Testamenti, censoria adversus ipsos Paulus utitur virgula, ostenditque, *satis esse quinque verba*, ab auditorio intellecta, *profari*, quam *myriade ignotarum vocum aures obtundere*, utut etiam sacri spiritus afflatu eam fundant. Ratio est; quia charitas melior charismasi; donum Prophetiæ præferendum linguis; Exegefis potior ecclasi; oratorii fructus magis attendendus quam oratoris; & sensus sono, præcesque vulgo intelligibiles intellectui docentis, sint præponendæ. Peragere quidem sacrum flamen suas partes in anima, quam adimplevit, loquentis; publico tamen hoc vacare fructu, cum *conceptus animoque* divinitus agitati *sensa*, non assequatur popellus, *sterili sono* aures pascens; evadereque doctorem discipulis, & hos illi, *Barbaros &c.* Spiritus ergo est mens sibi conscia dictorum, & vñs idem quod *sensa animi*, per signa externa indicanda, sed quæ linguarum ignarus haud capit, ad ob id sine fructu, solo sono aures demulcens. Mente dicerem captum, qui hinc *duas essentielles* partes serio vult demonstrare. Recte quidem tu illa opposueris Clero Romano, latinis verbis apud Teutones sacra facienti. Ad præsentem autem materiam, ne oborto quidem collo, raptare licebit.

Ad id nunc, quod plus habet in recessu! Classicum canitur contra Dichotomiam, quoties classicum illum locum *1. Thes. V, 23*, allegant extranei. Quare, nisi hoc in loco invenerint Fanatici, quod quaritant, nusquam deprehendent. Nisi ex hoc loco ad oculum, invicte, apodictice probaverint, inesse omnibus, per naturam, tres partes essentielles & essentialiter diversas, nihil egerunt omnia agendo. Sciat autem B.L. ne hinc quidem quicquam solidi afferre posse adversarios, eosque ubivis actum agere.

[1] Præ-

[1] Præ
lis est p
per grat
quia ho
sanctissu
ptam tr
pientes
obscuro
principi
cunicul
cum ve
secutus
non de
nec un
cismo h
In
rim ad
omnes
gelicos
namq
orare, g
re, à m
sanctific
natis est
Dicit
[1] π
gventu
tionem
lat Spir
superna
Dicit
nostr a
cum sen
tate qu
cundum

[1] *Primo enim non agitur heic de homine in genere, qvallis est per naturam, sed in specie de renatis, qvales sunt per gratiam. Abeunt ergo à statu controversiæ. [2] Tum, qvìa hoc dictum minus est perspicuum, & varie expositum à sanctissimis interpretum, eorumqve nemo in sensu fanatico acceptam trichotomiam hinc demonstravit, utiqve nuperi & sibi sapientes interpretes suspecti sunt; & vix sufficiens esse potest subobscurum & unicum illud dictum, probando articulo fidei principi, qvo totam Theologiam & Philosophiam, qvasi per cuniculum, adversarii subruunt eliduntqve. Atqve heic bona cum venia possem pedem figere, ne à janua aberrantes dicas persecutus. Attamen, hoc qvoqve dabo ipsis. Docebo nempe, non deesse nostris expositionem appositam satisqve commodam, nec unam, sed una plures, nihil tamen commercii cum Fanaticismo habentes.*

In limine statim largior, ire in diversa interpretes. Interim ad unam eandemqve metam; ad analogiam fidei, tendunt omnes; affirmoqve intrepide abire omnes Protestantes & Evangelicos à castris Fanaticorum, idqve qvam longissime. De his namqve fermocinatur Paulus, qui *semper gaudere, indefinenter orare, gratias in omnibus solvere, spiritum extinguere, omnia probare, à mali specie abstinere possunt, & indices à DEO Pacis ulterius sanctificandi*, uti ex antecedentibus manifestum est. Ergo de renatis est sermo, irrogenitorum enim sphaeram hæc excedunt. [a] Dico nunc cum *Dorscheo* in IV. Evangel. Luc. I, 46 intelligi per ἵδὲ πνεῦμα ὀλίγηρον *dona Spiritus Sancti*, qui est fors nostra, ungentumqve qvo delibuti fumus. Aut, cum *aliis*: Esse agitationem Spiritus Sancti, qva homo regeneratus vivit, & ambulat Spiritu. Tum non erit spiritus pars hominis naturalis, sed supernaturale charisma; atqve sic causa cecidit fanaticus. [b] Dico cum *cæteris*. Hominem heic dividi; & cum *spiritus* xqve *noster* audiat, ac anima & corpus; eaqve ratione, præsertim cum *servandum sit in integritate sua*, non posse accipi pro qvalitate qvapiam divina. Qværo tum; *Dividiturne heic homo secundum nostrum conspiciendi modum, an secundum rei naturam?*

Idea-

Idealisne an realis est distinctio? Si illud affirmaveris; Habeo, quod volo & vici. Si hoc, proba. Porro enim sciscitabor. Quia homo heic tibi secundum rei naturam videtur dividi. Estne realis illa divisio in tres partes, in tres essentias? Unde id evinces? An ex solis vocabulis? Hoc sane ingenii esset nimium temerarii & audacis. Ergo. 1] Cum nihil notius certiusque sit, quam duas esse partes hominis, arctissimo & admirabili nexu invicem conjunctas. 2] Cum pariter constet, τὸ πνεῦμα subinde notare intellectum, ψυχὴν voluntatem aut affectus, σῶμα denique pro corpore stet organicato. 3] Cum neque hoc negare ausis eandem mentem ratione sui πνεῦμα, ratione corporis ψυχὴν dici; 4] Cum denique nec hoc inficiari queas, τὸ πνεῦμα designare facultatem dianoëticam, ψυχὴν patheticam, & σῶμα crassio rem texturam subiecti corporis. Cur quæso certa & obvia defersis, teque ad incerta, inauditaque illa fanaticorum recipis? Cur, pro abundantia cerebro, fingis divina aure particulam, substantiam rationali anima sublimiorem, eamque integram & labe carentem? Cur fundum, centrum, punctum saliens, effrœni quædam & plus quam Poëtica licentia crepas? Idque omne sine necessitate, tabularumque divinarum fide? Annon satisfecit textui, qui asserit: Precari Apostolum Thessalonicensibus, ut sancta intellectus capiat, voluntas affectusque cupiane, & corpus patret. Aut ut sancto & mediato illapsu mens reformata in animam sensitivam pia desideria transfundat, corpusque se per tarda molimina non subducat executioni? Æquo & pio auditori illa suffecerint.

[c] *Plus ultra petis? Ecce meam tibi mentem! ita de hoc dicto ejusque sensu sentio, 1] Sanctos vult esse Thessalonicenses, & quidem ὅλοτελείς, totos, secundum omnes illas partes, quas in homine concipimus & sentimus. 2] Partes has essentia esse distinctissimas, neutiquam Paulus affirmat. 3] Totum hoc nostri tritariam distingvit, in spiritum, animam, corpus. 4] Triâ vero in hac divisione lego vocabula, triplici copula conjuncta, & quadantenus distincta. 5] De illo Spiritu agit, qui noster est, eodem jure, quo anima & corpus nostra dicuntur. 6] Or-*
dine

dine procedit optimo, à mente incipit, ad animam pergīt, in corpore definit. 7.] *Fusus de prima & principe parte tractat, Spiritum, ὁλοκληρον, & nostrum, dicens; brevius de duabus reliquis.* 8.] Et Spiritus, & anima, & corpus tale debent esse *subiectum*, quod, usque ad Christi adventum, *sanctificandum* est.

Ex his sequentia coniectaria elicio. Ergo 1. Paulus loquitur de his, quæ in regenito sunt *conspicua*. 2. Ut ut *Essentiale discrimen* detester, *aliquale* tamen esse debet. 3. Spiritus, qui noster audit, non potest esse *qualitas* supernaturalis, quæ adventitia, peregrinæque potius; advenit enim hæc *homini in esse suo jam constituto*, & cum charisma sit DEI, non potest æque proprie nostra dici, ac anima corpusque. 4. Spiritum, qui *sanctificandus* est, tam in *regeneratione* quam in *renovatione*, non posse esse *Spiritum sanctum* ipsum, aut ejus *charismata*, quæ non *fiunt* sancta, sed sanctos nos *faciunt*. 5. Spiritum, qui sanctificandus est, & quidem usque ad adventum Christi, non posse esse spiritum illum *connatum* fanaticorum vel *fundum animæ* Poireti; cum Spiritus fanaticus *nascatur, maneatque* inter scelera, sanctus; & fundus sanctificatione non egeat, sed purus & illibatus persistet. 6. Spiritum, de quo fusus agit, debere esse *partem* nostri principem, quæ *totius hæreditatis* oblata, per fidem recipiendæ, *capax* fieri potest, & per præconium Pauli, apud Thesalonicensis facta est particeps. Quod jus *κληρονοµίας* nec *corporis massa*, nec *animæ sensitivæ* phantasia, complecti possumus. 7. Spiritum illum esse partem hominis nobilissimam, à qua ordinariè *incipit conversio* ad bonum, conservatioque in bono. Ordinem autem hunc observat DEUS, (quicquid heic videatur Mystici] ut *illuminet* primo, tum *purgat*, tandem *perficiat*! Illuminat mentem per verbum, purgat animam à desideriiis pravis malaque affectuum libidine per fidem, & per opera, ex corpore profecta, quæ oculis cernimus, aut auribus haurimus, lucem bonorum operum facit lucere hominibus! 8. His positis dicendum: *πνεῦμα* notare *mentem*, *πρωτον δεκτικον*, peccati apud impios, *fidei* apud renatos. *ψυχην* designare *animam sensitivam* [aut Spiritus animales] desideriiis carnalibus, in medio imoque ventre regnantibus *scætentem*; quibuscum mens pia, quod certer semper, habet. *σῶμα* autem

H

tem

tem crassam *organisati corporis compagem* indicare ! Quod quidem invita Minerva haud dici, qv'vis facile experietur.

¶ Nec inepta audiet *Paraphrasis*, si sequentia Paulino dicto subjecero *Glossemata*. Cum gratia sit iter ad gloriam, & sanctitas via [non causa] ad salutem ; oportet sanctimoniam *communiter esse in toto, & universaliter in singulis partibus*, licet non reperiatur in Viatoribus, *totaliter & perfectissimo modo*. Sanctitatis hujus & autor & consummator est *DEus*, sacratissimi sui spiritus, per verbum, nos faciens participes, sanctos faciens & in sanctitate conservans. Oportet autem *totos [ἁλοτελείς]* holocaustum fieri, sacra flammula succendi, qvotqvot sanctissimo Numini volunt esse accepti. Sancta esto *MENS*, qvæ intelligit, judicat, concludit, fideqve dotata aeternæ hæreditatis jus sibi adjudicat. Sanctum esto *corpus*, ne per actus externos erumpant scelera, sed ut fiant membra arma justitiæ. Sancta qvoqve sint *desideria anima sensitiva*, ex mente in corpus descendentia ex corpore ad mentem ascendentia. Sint omnia decreta *mentis sancta*, & veritati divinæ conformia : Sint omnia membra *corporis sancta* & negotiosa ad DEI gloriam. Sint omnes *affectus animæ* cupiditatesqve sanctæ, amore DEI proximiqve flagrantes. Serviat *Hypocrita solo corpore*, in externis. Serviat *corpore & affectibus*, id est externa honestatis larva & turbida affectuosaqve sua pietate, *Enthusiasta*. *Pia pectora & corpus, & animam, & mentem* soli DEO, in solidum, dicabunt. Neqve hæresis *mentem* occupabit, nec regnans impurorum affectuum impotentia *animam* sensitivam vitiabit, nec erumpentia in apricum scelera *corpus* collutulabunt. Non tribuo *spiritui nostro vim facultatemqve naturalem illuminandi animam in rebus divinis*. Hoc dogma in Pelagio pridem damnatum est. Illuminatio enim & sanctificatio est *spiritus sancti*, non vero *spiritus nostri* opus. Id interim non diffitendum : Non procedere spiritum sanctum præpostere. *Ordine suo* semper agit. In *accedenda* per verbum fide à corpore incipit, & per affectus *animamqve* sensitivam ad *mentem* illuminandam transit, regenerationis opus peracturus. In *renovatione*, post fidem accensam, *mentemqve* illuminatam, per *anime* sensitivæ facultates, in *corpus* suas transfundit dotes. qvo *justo ordine* cuncta sanctificentur. Atqve sic, illuminato *Mentis intel-*

intellectu, cæca & rigida voluntas flectetur in obsequium, remittentque à rebellando *affectum corporis*que abstinebit à sordibus. Nova semper orietur lux, boni motus puriores & plures sequentur, integroque existente *spiritu & anima*, non impetrabit à se fidelis, *elata manu* ut peccet in Numen immortale. Ea namque sanctificationis vis est, ut à profanis rebus magis magisque emaculet totum hominem, grandique beet virtutum auctario, Exulabit magis magisque ex intellectu ruditas, domabitur refractaria voluntas, cum recalcitrantibus indomitis affectibus, corpusque velut nobile Trinitatis sanctissimæ triclinium magis reverenter habebimus, donec tandem ad illam, quæ in cælis nos manet, *perfectiorem* devenerimus, ubi id tantum cogitabit *mens*, desiderabit *anima*, perficiet *corpus*, quod divino nutui ex affectu respondet, triaque hæc principia [vel quasi] actionum nostrarum, plenissime perpurgata reformataque, restituentur in pristinum & plus-quam Paradisiacum integritatis statum, sancti quippe futuri, non solum *perfectiorem partium*, [id est *ὁλοτελείς*] sed [*τέλειοι* quovque,] id est *perfectiorem graduum*.

Instabit fors nonnemo: Esto *πνεῦμα* idem quod MENS nostra immortalis. Cur vero *ὁλόκληρον* dicitur? Brevibus me expediam. Ordiri & auspiciari decet sanctimoniam studium à mente, & nisi operam velis ludere à mente *INTEGRA*, ut omnes suas facultates servet à *μιάσμασι*, seculi indelibatæ, intellectum, voluntatem, affectus; *ὁλόκληρον* enim in genere idem quod *ἀνοπόμερον* Ezech. XV, 5. Pluribus id exequitur D. Lutherus, pressius literæ insistent. Spiritus ipsi est *mens* illa immortalis, quæ totam hæreditatis nostræ fortem fide complectitur; fides autem est *τῶν μὴ βλέπομένων*, nec oculis organifati corporis ea vidit, nec *αυτίς* audivit, nec in *cor* hominis [in quo affectuum est sedes] venit id; quod DEUS præparavit fidelibus. Menti huic ut attendamus, svaedet, subiecto illi, in quod introducenda fides, in quo velut Regia per fidem residet Numen. Hac corrupta, nihil superesse in toto homine integri; hac viva fide deslituta, non posse non animam errare cum corpore, ut bonas intentiones, *ἐθελοθρησκείαν* aut opus operatum, venditemus. Menti huic insidias struere sedu-

ctores, id agentes unice, ut, per pompas seculi, oculis faciant of-
fucias, per phaleras Rhetorum affectum cieant, atqve sic piis bo-
nam mentem eripiant. Confer. *Loc. supra cit.* Quid tandem aliquan-
do post hac, aut ultra hac, fani afferent, ex dicto Pauli classico Fa-
natici, quod majorem veritatis pietatisque præ se ferat speciem? La-
terem lavant, prætereaque nihil. Vivant ergo contenti hoc Com-
mentario!

Coronidem imponerem operi, nisi superesset unicum illud
Pauli Ebr. IV, 12. 13. dictum, ad *δυσωνία*, jure suo, referendum.
Atatheic quoque, bono cum DEo, viam inveniemus! *Vivus enim,*
ait, *est sermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio, utriusq; in-*
cidente & pertingente usq; ad divisionem animæ simul & spiritus, com-
pagum & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.
Nec nulla est creatura, quæ non manifesta sit in conspectu illius, sed o-
mnia nuda & resupinata oculis ejus, de quo sermo nobis est. Hæc verba
sunt textus! Post illa quæro: *An quicquam inde lucrentur Fanatici?*
Puto, *nehilum* quidem. Non enim id agit Genitū ad Ebræos Doctor,
ut ex professo explicet, quos? quibus? & qualibus partibus homo constet?
Neq; exponere vult, an illa partes actu ipso ab invicem possint separa-
ri aut separatim consistere? Hoc opus, hic labor est Pauli: declarare
efficaciam verbi, intime totum hominem penetrantis fauciantisq;
conscientias per legem. fanantis per Evangelium, eamq; Verbi vim
allegoricè depingit, simili à præacuto ense, & oculatissimo Critico
defumto.

Est ergo extra contextum & allegoricum, quicquid inde vis
elicere, ut tres habeas essentialia partes. Quicquid autem de
μερισμῶν, de divisione, extat, illud non est statim in sensu accipi-
endum physico, quasi intelligi debeat *partitio totius in partes essenti-*
ales: superius Cap. II, 4. *Ἰς ἀγία πνεύματος μερισμοί*, divisiones
spiritus sancti allegantur, nemo tamen dixerit *discerpibilem esse in*
partes essentialia, aut ex illis componi spiritum sanctum. Pertingit
quidem gladius *ἀρχὴ μερισμῶν*, ad divisionem usq; Verum, qua-
lis gladius, talis divisio; ille allegoricus, ergo & hæc. Rhetores
imitatur Paulus, de *μερισμῶν* loquitur, per Figuram, quam *μερισμῶν*
auncupant, qua solent partes enumerare, & principes & coeteras
sequo-

sequiores, ut prorsus non liceat dicere: Tot partes facundus Rhetor κατὰ συμπλοκὴν allegat, ergo tot sunt essentielles? vel: Rhetorum Θεοσπεύτων summus, allegoriam afferens, pro facundia sua, varias nominales hominis partes depingit, Ergo actu & substantia singula differunt? Quisquis ex hoc loco mihi objecerit tres partes, illi sex aut septem partes concessero; Animam, spiritum, compages, medullas, cogitationes, intentiones & Cor. An vero ideo licet subjicere, (ut post sacrum tuum ternarium, sanctum quoq; heptenarium hominis habeamus.) Ergo septem sunt partes hominis essentielles? Ridebis credo, me de heptade loquentem, negabisq; eam hinc ostendi posse. Fero utiq; id: sed ut derideam Temet, longe ineptius pro Triade pugnantem; cum duæ tantum partes extent, tu tres singas, & pentada vocabulorum omittas, & tandem essentielle discrimen in hac Triga partium, de tuo superaddas. Dices: Quæ separantur ab invicem, illa dividi possunt, & illæ partes sunt essentialiter diversa! sed separantur anima & spiritus. Ergo dividi possunt & essentialiter differunt. Memineris autem [I] primo, falsam esse majorem, nam compages & medullæ separari possunt: & de cogitationibus atq; intentionibus (quæ ab invicem sunt inseparabiles) idem dicitur, nec tamen essentialiter differunt, aut toto genere: compages enim & medullæ sunt corpus, & cogitationes & intentiones actiones vocantur. (2) Secundo, divisionem esse allegoricam, verbalem, per gladium verbi factam, non item realem. Confer Simeonis verba Luc. II. 35. *Quin & tuam ipsius animam διελευσεταί ἐγὼ Φάλαξ*, pertransibit gladius. Et Psalmographum, Servatoris preces afferentem Psalm XXII, 21. *Libera animam à gladio*. An ideo anima Mariæ immaterialis, actu in duo frustra divisa, duæque ex moerore natæ animæ? An rationalis mens Christi gladio subijci & necari potest? scindere, diffindere, pertransire mentem dicitur id, quod intus penetrat, intime afficit? & gladium nil aliud quam dolor excedens medullas, solvens compagem, excrucians animum. (3) Eo modo, quo in homine vivo & superflute machæra verbi separat medullas & compages, eodem & animam spiritumque. Illud fit allegorice, cur hoc aliter? (4) Et quæ differentia est inter intentiones & cogitationes cordis, illa quoq; inter animam & spiritum. Illa non est realis &

essentialis, cur ergo *hæc*? (5) Et si vel maxime distinguatur *medulla à compagibus*, illæ tamen toto genere & essentia non discrepant, cum corporeæ sint indolis. (6) *Cumulat* ergo D. Paulus *varia distinctionum genera*, ut intelligas, *de certa quapiam & essentiali non esse sermonem*. Idealiter differunt, *intentiones & cogitationes*; Qualitatibus aut textura sola, magis compacta aut molli, *Compages & medulle*. *Anima* vero sensitiva ex *Spiritus*, uti causa & effectus. Aut, (si animam *spiritus vitales esse velis*,] *essentia* quidem, quia hi materiales, & mens immaterialis, different; Neutiquam autem hinc sequitur, quod discrimen *Essentiale in sensu fanatico* intercedat. Satis contra *extraneos*!

Ut vero scrupulis *nostrorum*, & *dicto*, pressius explicando, satisfiat. Statim in limine videndum: *De quonam verbo loquatur Paulus*. *De hypostaticone*, an de *προφορικῶ*? Et licet rei summæ nil decedat, *quodcunq; verbum* adoptaveris & in *utramq; partem* inclinent Patrum Exegetarumq; magna nomina. Salvo tamen orthodoxorum, meliori forte, iudicio, id *de verbo προφορικῶ* accipio. Quicquid etiam videatur *Fanaticis*, qui *literam mortuam* plenis buccis clamitant, *clavamque hanc Herculeam ægerrime manibus suis extortam* volunt, per hoc Paulinum *de viva verbi efficacia*, effatum. Nec immorabor prolixè citandis aliorum opinionibus argumentisque. *Ratio* mihi, sic sentiendi est *gemina*; *altera* ex visceribus textus, *altera* ex antecedentibus deprompta.

(1) *De verbo audibili* toto Capite III. & IV. hæcenus egit Apostolus. Summa istuc tendit. Cavete, ô Ebræi, ne, instar *Israelitarum*, *ævo Moysi*, fiat *Apostata*! *Majores vestri verbum promissionis*, per *ἀπιστίαν* negligentes, & *verbum præcepti*, per *ἀνομίαν* & *destinatam malitiam*, transgressi, quietis *Palæstinæ* sedibus exclusi, & in deserto ab exterminatore concisi fuerunt. Cumque tanta vis, in utramque partem, fuerit *verbi Mosæici*, monet, ut *Messiani verbi* sint accurati observatores, ne ex *Ægypto mystica liberati*, spreto per apostasiam, verbo Evangelico, experiantur *vim verbi legalem*, fauciantem conscientias, & dira tormina excitantem. Et ut *moniti sui rationes* subjiciat: *Vivus ENIM*, inquit, *est sermo DEi gladio acuto*, & oculatissimo rigidoque *Critico* similis.

Nimis

Nimis utique *abrupte* fieret heic mentio CHRISTI, qvi nomine λόγος nuspiam à Paulo salutatur; nec permittit id illa *connectendi particula* ENIM. [2] Primum quoque, qvòd in textu legis, de GLADIO ancipiti, secantiqve simile, neutiqvam qvadrat in Personam τὸ λόγος ἑωσεταιμῆ. Nuspiam secunda Deitatis persona vocatur *gladius*, nuspiam *anceps*, nuspiam [τομώτερον &] *maxime secans*; sic enim in *classen instrumentorum* esset collocandus. Verbum autem audibile macharæ præcutæ comparari passim invenies. Qvare cum *prim simile de verbo audibili* agat, nec appareat ullum evidens & manifestum vestigium in textu, qvòd cogat μεταβασιν εἰς ἄλλο γένος, *transitum ad aliud objectum*, facere interpretem imo contra omnia *cohereant per copulas* arctissime, ipsumqve illud simile de *critico oculato* facili methòdo exponi qveat de *Lege* apostatarum conscientias *excitante*, occultaqve hypocritici cordis *figmenta in foro conscientia* manifestante, larvaqve hypocriteos & callo *perstinacis malitiæ* detracta, *criticum & censorum* agente cogitationum & intentionum cordis; qvòd qvasi præludium est *judicii in morte particularis*, in *resurrectione universalis*, secundum *districatissimam legis accuratorem* instituenti! Cum inquam hæc sese ita habeant, *cur non utrumqve comma integrum* de verbo Legis audibili acciperem? Ne scilicet *salutem* subito fecisse dicar, *separasse* per copulas *conjuncta*, & in *medio commate* verborum cursui *flustamen* injecisse, transiisseqve à *Lege ad Legislatorem*, ab audibili ad *Personale* verbum. Præsertim cum sequenti v. 14. hortetur, ut *retineant ὁμολογίαν Evangelicam*, & ad *thronum gratia Legi oppositum*, ad *Pontificem* magnum, unicum, *Monadicum*, oppositum *Abaronico*, [qvi peccatis obnoxius & morti, novis sacrificiis & successoribus eguit,] Ebræos suos ableget. Sic enim Paulus à *propositione Legati*, qvam Cap. II. v. 1. habet, transit ad *Evangelicam*, à *minis ad solatia*, à *sauciente ad sanans* verbum à *subserviente* Lege ad *ædus*, cui *subservit, gratia*; idqve qvam commodissime & apposite.

Tres autem *superfunt remora*, qvas priusquam in altum provehamus, *amoliri* decet. Quo minus de verbo audibili accipiant utrumqve *versiculum*, tria *obstare* dicunt *dissentientes*.

Primo

Primo quidem, prædicata nimis esse magnifica, quam ut queant dici de verbo audibili. *Tum*: Paulum oculos tribuere, quibus nulla non creatura sit manifesta; quod itidem non quadret in verbum audibile. *Tandem* adjectam esse limitationem; πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος: ad quem nobis est sermo. Ast. 1. subsequens expositio *primam* tollet *dubitationem*; competunt enim singula attributa verbo, dummodo hoc probe observes: Depingi hic verbum, non secundum materiale suum. sed *secundum formale*, id est, quatenus Mens Dei est, verbum divinissimum, verbum Messia, ex cujus ore gladius ille anceps promicat; Non competere illa prædicata absolute, & per se, sed tribui, *respectu babito ad manum, qua hunc gladium vibrat*, potentissimam. Nec de *actu signato* Legis, sed *exercito* esse sermonem, quando scilicet deservit in *Apostatas*, eorum mentes fauciat, pungit, inque *foro Conscientia* reos agit, memoriam scelerum refricat, Deoq; instar *Notarii cuiusdam* subservit in promulganda rigidissimæ suæ justitiæ sententia; quod, admodum fenfile præludium, ultimi & feralis iudicii, desperabundi *Apostata* perentiscunt. 2] κερτικὸς dicitur sermo, & quidem ἐνθυμησέων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Additur: καὶ ἔκ ἐστι κτίσις ἀφάνης ἐνώπιον αὐτῶν, πάντα δὲ γυμνά καὶ τετραχλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν. Percipe autem *quomodo*? Crisim exercent acris iudicii homines, proba ab improbis, spuria à genuinis, discernentes. Et his *vario arridet quicquam* nisi summe exasccitatum elaboratumq; ; examinant in *Autore verborum compages* & constructiones, & *medullas sensuum abstrusissimas* expendunt *enthymemata* & *notiones cordi innatas*, scilicet quid concludant ex principiis nobiscum natis & communissimis? ἔργον ipsorum est quicquid *magnifice fæctum patratumque* (hoc quoque κτίσις Græcis dicitur. Ut Rom. IIX, 39. morti, instantibus, futuris, altitudini & profunditati, *velut summa*, post ductas rationes, subjicitur vox κτίσις, *omnia negotia. cogitata, di-* *Elahominum Angelorumque*, quæ revocare ab amore DEI queant, denotans; ac ob id Grotium probo, qui per κτίσιu cogitationibus & intentionibus junctam intelligit *omne figmentum cordis*; utut *rectissimum*] sub virgulam revocare censoriam.

Nudant, eviscerant textum, neque limis, aut connivis oculis
aut

aut altero
omnia per
ctum, &
Critici non
severi &
forem acer
perfectu
nem judi
psamque
de Nov
esse dia
III, 9. N
Lex in A
illa, qua
bonis no
in Parn
peragen
cufius
ticam su
tur lega
κα] ἔσα
nim serm
fecit Ser
dem vo
XII, 48
gistor
dam, co
nisi Ap
inepto,
strum i
que da
corrup
mora sa
cum n
omne fi
proflue

aut altero lumine inspiciunt, sed *Argo oculatiores*, emiſſis oculis
omnia perluſtrant. Cumque in amicorum vitis tam cernant a-
cutum, & nihil non condemnent, taxent, vituperent hi homines,
Critici nomen fere degeneravit in probrum, oneranturque illo elogio
ſeveri & nimii Catores Cenſorini. Da itaque hoc: criticum eſſe *cen-
ſorem acerrimum*, nihil probantem, quod non *ab omni parte beatum*
perfectumque eſt. Da & hoc; *κρίσις* Joh. V, 24. notare *condemnatio-
nem* judiciariam, & Legem *literam eſſe occidentem*, 2. Cor. III 6. I-
pſamque Veteris Teſtamenti [ob ſchema legale, ſi opponatur dire-
cte Novo Teſtamento, nil niſi ſchema Evangelicum præ ſe ferenti]
eſſe *δικασιαν κατακρισεως*, miniſterium condemnationis 2. Cor.
III, 9. Nonne *κριτικός λόγος* Quidem erit quod *κατακριτικός*? Id eſt
Lex in Apoſtatas criticum exercens, idem quod *lex damnans*? Lex
illa, quæ nihil invenit in homine, quod macula careat atriſque car-
bonis notas effugiat. Nec opus, ut ſemper *publice* omnibus eruditus;
in Parnaſſo κρισις ſuam exponat, Criticus. Sufficit in Muſæo eam
peragere, poſt fata quandoque, per poſthuma ſcripta, cenſuræ ſe-
cutius in vulgus emanant. Et par eſt ratio Legis: Exercet illa criti-
cam ſuam *in foro conſcientiæ* perterritæ; innotefcet aliis & vulgabi-
tur legale decretum poſt fata, in ultimi iudicii conſeſſu, & qui heic
καὶ ἔσω, illic *καὶ ἔξω*, convicti, publicam luent infamiam. *Ille e-
nim ſermo*, quem ad ſuperſtites ipſe, aut per ſubdelegatos iudices,
fecit ſervator, ille ipſe quoque, cum ejusdem ſummi iudicis ea-
dem vox fit, *judicabis defunctos & reſuscitandos in extrema die* Joh.
XII, 48. Qvicquid ergo in foro ſoli publico; in die noviffima, le-
giſlator deteget, damnabit, id ipſum quoque; per *præjudicatum* quod-
dam, condemnat Lex in foro conſcientiæ, utut nemini innotefcat,
niſi Apoſtate, ingemiſcenti quidem, aſt variis effugiis & prætextu
inepto, glaucoma oculis objicienti & redamanti conſcientiæ capi-
ſtrum injicienti. Interim Lex agit quod ſuum eſt, *Criticum* eum-
que *damnantem*, non ſolum *enthymemata* animæ rationalis, penitus
corrupta, ſed & ipſas *notiones innatas*, quippe vitiatas, non ſolum
morofas cogitationes, ſed & *connatas cordis* pravitates, improbans,
cum nihil proſus congruat huic rigidæ Polycleti normæ. Imo
omne ſigmentum & cordis & manuum: ex mala mente aut intentione
profluens, revelat detegitque; dicatans quicquid ſemel jabægata
fide,

fide, aut sine fide, peragitur, esse peccatum, idque indicat Apostatis; Lex namque applicata conscientia, quicquid illegale est, condemnat; normæ admota, quicquid enorme est, patefacit; νόμος ostendit *αινομίαν*; regula accusat quicquid est irregulare. Obvela tum pudenda conscientia foliis ficulneis, ne videant alii; nuda ea dabit, tibi æque ac Adamo, Lex; obvolve *cervicem refractariam*, (malam voluntatem,) pelle, quæ circa collum est crassissima, *hypocriseos*; *destrahet* eam, nihilque fugiet *oculos* divina Legis, ubi semel in conscientiam irato accuratoque obtutu fuerint defixi, id est, ubi cæperis audire sententiam, quam *divina Nemeseos* apparitor tibi *clamat & quasi in aurem*, indicaverit. Cæcorum certe non est, sed *oculatissimi Argi*, critici personam pro dignitate sustinere! 3. De periodo illa: *πρός ὃν ἡμῖν ὁ λόγος*, ita sentio; *πρός ὃν* idem esse ac *πρὸς τὸν λόγον*. Sic enim idem ad Ebræos Spiritus sanctus loquitur Cap. I, v. 8. *πρὸς τὰς ἀγγέλους, de Angelis* quidem dicit. *πρὸς δὲ τὸν υἱόν, de filio* autem &c. De hoc, inquam, verbo *legalis, de quo hactenus fui locutus*, quod aculeos relinquat in conscientia, nunc quoque sermones cædo. Conclusio ergo est, quæ *sigillum imponi* supra dictis, nec *referendum id ad sequentia*, Pontifex enim non tantum est *ὁ λόγος*, sed etiam *homo*; officiumque *sacerdotale* ad utramque spectat naturam.

His præmissis superest, ut *verum facilemque indagemus sensum!* In verbo *Regis potestas est*, Salomo dicit Coh. VIII, 4. Multo itaque major erit in verbo Regis Regum, *DEI Moysi preces Ebrai mage astitas dicunt gladio*; fuitque idem *Criticus visitorum*, quæ in populis observavit, acerrimus, rigidum exactissimumque agens iudicem post *μορολατρίαν* admissam, non tamen sine discrimine. Major ergo erit vis in *verbis Messia* contra Apostatas prolatis. Hic sermo non solum *veste* hypocriseos nudabit male sibi conscios rebelles, non solum *συντηρηθαρδίας* & duræ cervicis vitium cuius reo pandet, non solum taxabit nervos concatenatæ nequitia, sed & per carnem, periossum, ossaque durissima, ad medullas tectæ libidinis, arcanorumque scelerum penetrabit, imo ad cogitationes, ad intentiones cordis, tandem etiam ad ipsam animam, *DEI* lararium, pertinet, totum hominem intimo summoque sensu doloris afficiens, *Qualem vim nullæ Rhetorum phaleræ, nullæ Sophorum argutia*

tiæ habent, nisi mutuo petierint ex *Lege tabulis aut cordi inscripta*, argumentum, quodam fucio pigmentoque colorandum. Itaque cum tota Scriptura sit *controverſiarum Theologicarum iudex*, sed *αἵ ἴσθαι*, in foro conscientiæ. Lex pariter *iudex est controverſiarum Præſticarum*, & cuilibet dicitur de male factis sententiam, etiam de intimis, omnemque *ἀραξία & ἀνομία*, evigilante conscientia, subito, exprobrat modo intolerabili, illo fere quo legimus quibusdam in vitæ periculum incidentibus, omnium flagitiorum memoriam *velut per fulgur* quoddam innotuisse. Eampse ob rem legale illud & Apostatis horribile verbum vocat Apostolus [a] *Vivum*, uti argentum vivum solemus dicere, cui vis connata non est adempta. Non est, in statum tentationis aut desperationis incidentibus, *litera mortua*, otiosa, irrita; qvalia quidem nostra sunt verba, quæ vento damus, sed efficax. Atque uti *Evangelium spiritus & vita dicitur*, Joh. VI. 63. & *potentia DEI ad salutem omni credenti*, Rom. I. 16. quos justificat; ita contra Lex nuntius est mortis, ipsos quoque superstites in antecessum judicat & condemnat, utut ex DEI intentione *subſervire* debeat fœderi gratiæ, hominesque ad hilasterium compellere. [b] *Efficax*, quia penetrat corda, percellit conscientias, percutit totum corpus, indicans peccata & suo modo vindicans; commovens omnes, ad fidem promovens, qui gratiæ pædagogicæ & prævenienti non reluctantur; convincens de peccato, ut convertat à peccato; saucians ut sanentur per gratiam Evangelicam. [c] *Penetratissimum* magis quam *GLADIUS anceps, acutus, & fortis manu libratus*, omnia diffidens. Est namque in armamentario divino, ad Panopliam divinam spectans, *gladius spiritus* Eph. VI. quo *Leviathanem*, Satanam ipsum, sarispa & machæras ridentem, ferit DEUS & territant, fideles, atque debellant. Nunquam exhorrescet dæmon, utut te missum faciat, allegato Evangelio; Exprobra autem huic mancipio æternis catenis tenebrarum constricto, irati Numinis *irrevocabilem legem*, qua ipsum Orcinis flammis adjudicavit, tum frendens & ringens ille Cerberus sentiet vim verbi hujus, fugietque velut indignatus ad umbras. Adeo *exlex non est dæmon*, ut viva illa & irrevocabilis sententia, quæ semel lata est, semper oberret in animo laxaque catena per orbem excursus facienti, sit instar inferni cujusdam portatilis. Quo tandem nunc mo-

do se legis fulmini subducet homuncio? *Gladius* est iudicis, quo ab omni ævo delinquentes puniti, quo evaginato horror occupat mentes, male sibi, aut non optime, conficias. *Gladius* est *anceps*, quem, manu salva, nemo prensare potest, carnale heic aut paludamento obvelatum brachium ictum haud declinabit. Reges in ipsos imperium est Jovis; nec exlex Legislator rei publicæ. *Acutissimus* est. Poscit namque Superlativum τὸ ὑπερ-Comparativo junctum; non inunctus est gladius legis oleo misericordiæ, longoque *υαροβουλια* exacuatus tempore Pf. VII, 13. Premit & penetrat, vincit & convincit, tangit & angit, intrat ad intima, secat & dissecat, sentiuntque illius vim in conversione dociles pii Aët. II, 37. *compuncti corde*; sentiunt, indociles impii, utut initia gratiæ turbent, Aët. VII, 54. *qui dissecebantur cordibus suis & fridebant dentibus adversus Stephanum*. Perferunt maxime Apostatæ, quævis mortiferum infligit vulnus, (nulla creaturæ manu medica sanandum, quos gravissimis aculeis stimulisque exercet, corda cordolio affligens gustareque jubens promulsidem cruciatuum infernalium. [d] *Quæris quomodoque tormenta illa vioda, efficacia penetrent?* Resp. *quomodoque machæra* in corpus, rotitata diu & tandem inflicta, penetrat. Imo *et amplius*, cum mentem quoque, eamque primo, contingat. Perinde heic mihi fuerit, sive *allegoriam geminam*, alteram de gladio desumptam, alteramque à *Critico*, retinere velis, sive *unicam illam* de gladio persequi. Interea magis arridet duplex simile, cum *oculos, & uxor* circa cogitationes, intentiones, fictionesque cordis occupatam melius Critico cuidam adscribere queamus, quam gladio. Simili enim de gladio solo insistentem oportet dicere, quod *is, qui gladium vibrat*, sive visitor, sive medicus, sive Levita sit, *sectione facta crisis quondam accuratissimam* instituat circa partes dissectas. Posssetque hac ratione argumentum subnasci his, qui per *Criticum* intelligunt *verbum personale*, ubi enim *verbo legis*, sauciata sunt conscientiæ, ille, qui *iudicem agens* ictu quasi uno transverberavit mentem, *scruiatur cordis recessus, ita ut nihil oculos Christi effugiat*. Perinde quoque mihi fuerit, quamcumque attuleris *machæram*, sive *Delphicam*, qua in cædendis victimis utebantur, sive *Martiam*, qua gladiator antagonistam concidit, sive *iudiciariam* qua delinquentes capitaliter puniuntur, dum *gladius* fuerit, Malim autem respici ad *pugiones cultros*
que

que Levitarum, quibus perreverendi hi laniones victimas jugula-
bant, & *sacerdoti*, velut *critico* optimo, offerebant dijudicandas: pu-
ræne an, ob vitium intercus, impuræ essent, quæque partes DEO,
quæque homini debeantur, iudicature. Præsertim cum paulo post
mentio fiat *summi sacerdotis Christi*, qui *sanguinibus*, id est peccatis
nostris, imputative, resperfus, vivas illas, & gladio legali percussas,
conscientias multa cum miseratione, iudicabit, altarique, per fidem
impositas, sacro flaminis sui igne in honorem DEI incendet.

Summa enim eo tendit: *Victima* subjiciuntur cultro Levitico,
qui *gladii* est instar! *Victus gladiator*, victoris gladio exponitur. Et
cadavera reorum *gladium spiculatoris* experta, cultellis Anatomico-
rum obnoxia sunt. Et simili ratione Apostata *gladio Legis*. Per-
tingit *Leviticus culter* non solum ad *gulam*, ut sanguinem, in quo
brutorum est *anima*, effundat, sed & ad *cutem*, ut *nudas* det victimas,
à *summa cervice* ad imam unguam pelle detracta; postea Levita
pectus aperit, ut *intima pateant viscera*, imo & *cor renesque* exsecat,
in aprium profert, ipfasque *medullas* rimatur, & *juncturas* solvit, ut
armum suum habeat Sacerdos. Nihil heic acumini resistit, ut hebe-
scat; nihil oculos fugit, ut tectum maneat. Pertingit *victoris irati* gla-
dius ad intima! Hostem *collo correptum*, rejectis vestibus nudum gla-
diator profuit, postea, *cervicibus devicti* insultans, discernit *in-*
ventiones artesque emergere volentis antagonistæ, quem pertinaciter
reluctantem *diffundit*, ut *compagibus* solutis, *medullis* disperfis, *anima*
sensitiva, in cruore natitans evanescat & *spiritus* immortalis separet-
tur à corpore! Atque tam nihil est, quod intra intimos recessus de-
litescat amplius; patent omnia & viscera. Pertingit gladius *carnificis*
ad reum eumque transverberat, evolatque *anima* purpurata.
Cadaver Anatomie subjicitur, eoque *resupinato* & *nudato* culter a-
natomicus rimatur *viscera*, exenterato corpore, *compages* & *medul-*
las scrutatur, ipsamque *anima* & *spirituum* sedem cerebrum fodi-
candò, perlustrat. Adeo ergo nihil *Leviticam, Politicam, Medicam*
machæram potest subterfugere. Multo minus quisquam Apostata-
rum exactissimum illud mentesque saucians divinæ Legis scrutini-
um evadet.

Namque cuivis peccatori imprimis Apostatæ, fœdam peccato-
rum *nuditatem* pandit, violento modo *dura cervicis* nerves incidit.

ut tremat, qui fremebat quondam, *pellem* hypocrifeos, & callosam, ex consuetudine peccandi, cutem detrahit, ipsos nequitiarum recessus clandestinos, renes effroenes, cor tumidum *medullas*, luxuriantis mollitiei, *compaginatum* concatenatarum malarumque deliberationum seriem ipsaque *bruta desideria*, quæ rationi, & carnalis affectus, qui menti repugnant, exhibet & quam omnia molimina, omnesque fibrillæ cordis, vitii scateant, & *ἀκαξία* laborent ostendit. Quod utique sine magno doloris sensu neutiqum fieri posse in proclivi est colligere Jacent tum, quasi fulmine Legis prostrata omnia. Hinc *spiritus compages*, *intentiones*, inde vero *anima*, *medulla*, *ossa*. imo *πᾶσα κτίσις*, tota creatura & *figmentum cordis*. Patentque omnia DEO, & *innotescunt conscientie* per DEI vocem, Legem puta; utut nemo hominum sciat, quid in homine sit, nisi Spiritus ille, qui est in homine sic percusso. Quod DEO patet semper, patescit per legem homini aliquando, detracta pelle securitatis & hypocrifeos.

Agit tum *Lex Criticum*, separatasque quasi partes victimæ contemplatur & dijudicando damnat, quicquid in totius hominis supremo, medio, imo ventre latitat; Indicat vulneratæ conscientia, quæ in re appetitum animæ sensitivæ naturalem, male *mens* fuerit secuta? Indicat quæ in re *compaginata* & arguta ratione connexæ *deliberationes* nostræ à vero bonoque; recesserint? Qualis corrupti hominis *notio* sit innata? quæ *cor* penitus corruptum? In apricum & *forum conscientia* producit omnes occultas fictiones machinasque, quod rectum retegitur, quod obvelatum revelatur sed *ἐνώπιον αὐτῆς* coram Lege. Quicquid enim, si ad rationis tuæ obrusam exigas rectum, justum, æquum videtur, id ad *normam Legis*, vivo sensu, in corde percipia, exactū, obliquum, iniqum, injustum esse apparebit, ipsaque bona opera hypocrita, splendida esse peccata, si secundum rigorem legis examina veris. Et hæc rigida se veraque legis Critica, damnans pavidas conscientias, cum omnibus suis operibus, hæc totū hominem percellens concutens, excrucians, ideo immittitur, ut *contritionem* veram & seriam excitet, atque sic ad fidem & gratiam Christi perducatur. Ideo namque statim mentio sic Magni & misericordis Pontificis & Hilasterii, quod Christus est, Summaque; est ditorum: Spectat ad *reservata DEI*, imperare conscientia; Hoc *verbi divini est privilegium*, ut solum sancire lethaliter per legem, & sanciatas mentes sanare queat per Evangelium. Caveat sibi Ebræus, & fidelis quisque, ne postquam vulnus conscientia coire, & sanies purulentumque phlegma abstergi caput, recrudescat malum, nova plaga infligatur atque sic pejus habeat quam olim. Confer hic Schmidium, Polum, Goodivinum & alios, eligere enim ex omnibus aliquid malui, quam allegare prolixè.

Atque ita mea ad umbilicum me perduxisse arbitror. IPSE supremis conscientiarum nostrarum Dominus, qui ferreo legis scepro percussit Apostatas, & missi pastorali pedo leviter errantes in viam non revocare potest, sanis sanciat, sanciet securas animas, ut à throno justitia appellantes ad in omnem gratia serventur, verbisque veritatis vim experiantur ad salutem.

Faxit!

Sphalmata Typographica, ut B. L. haud gravatim corri-
gat, aut ferat, peramanter oro. Deprehendi
sequentia;

Legendum pag. 5. l. 15. σὺνθετον. p. 6. l. i. Spirituum. p. 9. l. i. τὸ
πνεῦμα. p. 11. l. 23. copularum. p. 13. l. 26. obscurareque. p. 14. l. 25.
obvium, per vulgatum. p. 51. l. 13. subsultantesque. p. 16. l. 14. coordi-
nata. p. 17. l. 17. digerere. l. 19. haberet ne. p. 19. l. ult. num existimet. p.
22. l. 27. occipitii. p. 23. l. 20. securulejum. p. 24. l. II. acrem. p. 25. l. 22.
divinius. p. 26. l. 8. diejes. P. 27. l. 28. verò. p. 29. l. 7. Sic enim. p. 30. l. 20.
ὑπερλον. p. 30. l. 29. monitum. & lin. ult. pro. p. 31. l. 33. rivulus. p. 32. l. 32.
capit. l. 33. loquitor uti. p. 34. l. antep. imputationum. p. 37. l. 6. Et no-
stri. p. 37. l. 16. comprehendendas. p. 37. l. ult. renitentia. p. 38. l. 4. de
Augustiniano. p. 38. l. 7. ab ipsa. p. 39. l. 4. Medicum. p. 40. l. 7. ἀτυπὸ-
σατ. p. 41. l. 29. uti. p. 42. l. 12. caperetur. p. 47. l. 10. 26 & p. 48. l.
16. 77. p. 48. l. 19. בקרבו. p. 48. l. 28. mentem & animam. p. 50. l. 20.
quum. l. 21. constituant. p. 51. l. 7. qualitas. p. 51. l. 24. superior. p. 53. l.
21. συζηταν. p. 54. l. 18. animique. p. 55. l. II. dicar. l. 26. ὁλόκληρον.
p. 56. l. 9. ψυχην. p. 58. l. 31. accendenda. p. 59. l. 24. ἀτυπὸμετρον. p. 60.
l. 14. ulla est. l. 25. allegoriam. p. 61. l. 8. septenarium. p. 62. l. 7. & spiri-
tus. p. 63. l. 16. detractis. p. 63. l. penult. provehamur. p. 65. l. 29. recla-
manis. p. 66. l. 3. norma. p. 67. l. 27. sacrificas. p. 70. l. 4. compaginatam.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

I

P

D

i. Q
qve?
tin



ute Fagi hätten
ät verfolget son
es Bögen-Werck
dt anzuhangen.
er cap. VI. rz. 11.
en/was ihm für
men verwegenen
thetischen Was
Weißheit von
ung selbst ist/un
Each mit ihrem
den nach dem
e zu maintainieren)
dann auch sie
Dann sie wissen
sch beschneiden
nd nicht allein
yn/ sondern eis
säure / und der
Drisko bringe
schweißet!





AB: 194024

VD 18

ULB Halle

3

002 412 144




sb

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

ATUM JUDICIUM 30
DE
NE THEOLOGICA;

ENTUR

PARTES HO-
ESSENTIALES?

Quo ostenditur,
esse partes essentielles.
res partes aut duas Fanatici
adstruant ?

Lutherus & alii vindicandi?
ode ratione dicta, quæ ob-
jiciuntur

Cor. XI, 14. 1. Thes. V, 23. Ebr. IV, 12. &c.
veniant explicanda ?

expositumque

Heubern / D.

Ul. & Lev. Magdeb.

MAGDEBURGI,
TOPHORUM SEIDELIUM.
AN, MDCCVIII.